

# LEX THURINGORUM

EDENTE KAROLO FRIDERICO DE RICHTHOFEN.

*Quo tempore lex Angliorum et Werinorum hoc est Thuringorum condita sit, et qua in Germaniae regione valuerit, cum diversissimas in opiniones viri docti discesserint, huic legis editioni praefaturo id mihi praecipuum agendum esse censeo, ut singulas eius constitutiones cum similibus coevi iuris regulis aliarum nationum, quoad vires valent, conferam itaque principales istas quaestiones discernere studeam. Quod quia nisi continua ratione genuini legis textus habita perfici nequit, liceat pauca praemittere de codice libri manuscripto, qui unus hodie exstat, variisque eius editionibus.*

*I. Qui Thuringicam legem memoriae prodidit, codex olim Corbeiensis, nuper Paderbrunnensis, hodie Monasteriensis msc. VII. 5201, saeculo decimo Corbeiensis abbatiae in usum conscriptus est; cfr. Wigand in Archiv für ältere Deutsche Geschichtskunde IV. (1822) p. 346—349, Spangenberg Beiträge zu den Teutschen Rechten des Mittelalters (1822) p. 179—185, Wigand Das Femgericht Westfalens (1825) p. 47—50, Pertz in Legg. I. (1835) p. XXIII, idem in Archiv VII. (1839) p. 787, Merkel Lex Saxonum (1853) p. 3. 21, Wilmans Kaiserurkunden der Provinz Westfalen (1868) p. 504, v. Richthofen Zur Lex Saxonum (1868) p. 58—67, scripturae specimen in Legg. IV. tab. 6. Cuius lectiones varias a se circa annum 1826 collectas vir cl. Pertz hanc ut constituam editionem mihi tradidit. Inest vero eidem lex Thuringorum serie capitulorum quodammodo perturbata, ut post 66 capitula legis Saxonum numeris adornata, quae eius pag. 5—19 complectuntur, nullis iam interpositis numeris pag. 19—25 nonnullae constitutiones de alodibus, de furtis, de incendio, de vi, de minoribus causis inscriptae legantur, quas Saxonicae legis partem haberes, nisi ceteri huius legis textus numerorumque antea adiectorum finis legis ipsius finem ostenderent; quae quidem praecepta infra legis Thuringicae capitula 26—61 dixi. Ultima deinde postquam pag. 25 in linea verba Lex Thuringorum scripta sunt, sequitur p. 26. 27. ea decretorum series, quae legis a me editae capitulorum 1—25 locum tenent<sup>1</sup>.*

*Princeps vero legis editio inest libro Originum ac Germanicarum antiquitatum libri, leges videlicet Salicae, Ripuariae, ..., Saxonum, Vuestphalorum, Angliorum, Vuerinorum, Thuringorum ... Opera Basilii Ioannis Herold. Basileae (1557) pag. 127—130. Ubi legis XVIII. in titulos divisae inscriptionem:*

1) Rössig Comment. ad leg. Angl. et Werinor. p. 8, Spangenberg Beiträge zu den Teutschen Rechten p. 182, Kraut in Falck Eranien zum Deutschen Recht p. 123, Gaupp Das alte Recht der Thüringer p. 249, Zoepfl Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte (ed. 2) II, 1 p. 40 cum de compluribus huius legis codicibus manuscriptis ad dies suos asservatis verba faciant atque modo haec modo illa de eorum natura refe-

rant, nullam tamen certam alius codicis notitiam habuisse sed errore tantum ducti fuisse putandi sunt. Similiter de Corbeiensi codice nonnulla false relata sunt. Neque enim ibi desunt cap. 45. 52, quod Gaupp l. l. p. 285. 286. 377. 249 contendit, neque leguntur post cap. 61 verba: *Finis appendicis legum Saxonum*, id quod — ut alios praeteream — pater meus Zur Lex Saxonum p. 59. 62 (v. supra p. 10) enarravit.



Lex Angliorum et Vuerinorum, hoc est, Thuringorum *primum sequuntur 25 priora huius editionis capitula, dein interiectis verbis: HAEC IUDITIA VVLEMARUS DICTAVIT decreta Legg. III. p. 698—700 typis impressa, ad ultimum reliqua Thuringicae legis pars i. e. cap. 26—61. Quo autem codice usus sit Heroldus, omnino ignoramus. Quamquam enim p. 1 prae se fert: Woluffgangi Abbatis Principis Fuldensis benignitate ... ex superba illa celeberrimi Collegii Bibliotheca codice aliquo se instructum esse, paullo tamen post multis quoque aliis viris doctis gratias agit, quod variis codicibus ipsum adornaverint, ut dicere non queas, unde Thuringicae legis textum iste deprompserit<sup>2</sup>. Alius vero certe fuit atque Corbeiensis codex. Quod demonstrant adiecta illa Vulemari iudicia, complurium capitulorum commutatus ordo, qualem subsequens docet tabula, lectionum singillatim ad editionem adnotatarum diversitas. Sin fuerunt, qui contenderent, Heroldum legis textum constituturum non uno tantum codice usum fuisse, ex mea quidem sententia nulla exstat causa, ex qua id cognoscatur. Suam enim solam opinionem ad grammatices regulas formatam Heroldus mihi proponere videtur<sup>3</sup> adnotando ad cap. 28 verba: si autem nec filiam non habuit in margine: non redundat; scilicet idem vocabulum non, quod revera redundat, Corbeiensis quoque codex praebet. Neque tacuisset Heroldus, diligentissime cum compararet librum suum, varias a se inventas lectiones, si complures codices novisset. Quae cum ita sint, Heroldiana editio unius codicis deperditi instar est.*

Posteriores denique legis editores modo Heroldianum librum modo Corbeiensem codicem modo utrumque secuti, nullis vero aliis praesidiis ornati fuerunt. Ex quibus paullo accuratius disserendum est de Friderico Lindenbrogio, cuius libro: Codex legum antiquarum. Francofurti. 1613 p. 479—486 inest lex Angliorum et Werinorum *his incepta verbis: Incipit lex Angliorum et Vuerinorum, quippe quem adhibuisse tertium nescio quem codicem plerique viri docti arbitrati sint, e. gr. Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 283, Merkel Lex Angliorum et Werinorum p. 4, Gengler Grundriss der Deutschen Rechtsgeschichte p. 162, Stobbe Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I. p. 173. Sed dubium esse omnino non potest, quin Lindenbrogus Heroldi editionem noverit et adhibuerit, unde hausisse videtur totam legis divisionem ab Heroldo confectam (v. infra p. 106). Adde quod utrique libro insunt iudicia Vulemari, quae non ad Thuringicam legem sed ad Frisicam referenda esse pro certo habeo, iique adeo ubique sibi consimiles sunt, ut non posses non coniecere, Lindenbrogum denuo eodem codice usum esse, cuius textum ab Heroldo descriptum manibus trivit. Scilicet eo tantum differunt, quod Lindenbrogus Heroldi titulum IV. cum tit. V, tit. VI. §. 3 cum §. 4, tit. VIII. §. 5 cum §. 6, eiusdem tit. §. 7 cum §. 8 et §. 9 cum §. 10 coniunxit, tituli VI. vero §. 8 et §. 11 ita in duas partes dissecuit, ut priora verba antecedentibus paragraphis adnecteret, tit. XI. §. 8 (cap. 58) alium in locum transiecit, multa verba per compendia scripta varium in modum scripsit, ubique paragraphi vocabulum atque cap. 28 usus Heroldiana glossa marginali non omisit, cap. 36 loco de servo false de cervo et cap. 12: cum XII iuret loco: cum XI iuret (Her., Corb.) emendavit. Quibus ex omnibus minutis una*

2) Postquam Föringer in Bayer. Annalen 1833 p. 664, Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer (1834) p. 282, alii Fuldensem illum codicem omnes ab Heroldo editas leges amplexum esse coniecero, id a veritate abhorrere coarguit in primis pater meus Friesische Rechtsquellen p. XII et Zur Lex Saxonum p. 47. 48. 3) Contrariam sententiam a Merkel

Lex Angliorum et Werinorum p. 4, et Stobbe Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I. p. 173 propositam mecum repudiaverunt de Geer in Nieuwe Bijdragen vor Regtseleerdheit XV. p. 183 et in Zeitschrift für Rechtsgeschichte VIII. p. 138, pater meus Zur Lex Saxonum p. 57. 409.



*tantum differentia digna est quae disputetur, quod capitulum 58 alio loco in Corbeiensi codice, alio Heroldiana in editione, alio in Lindenbrogiana legitur. Sed haec una res cum mihi sufficere non videatur, qua contraria sententia comprobetur, contendam Lindenbrogum solum librum Heroldianum secutum esse.*

5 *At ipse adnotavit p. 1337: Legem Saxonum innumeris locis ad Ms. vetustissimum auximus. Idem quoque de Angliorum et Frisonum legibus dictum velim, et constat, ad Saxoniam legem edendam eum Spangenbergianum codicem adhibuisse (v. supra p. 4). Cum vero Lindenbrogum legis Frisionum textum item ad solum Heroldianum librum constituisse Legg. III. p. 631 demonstratum sit,*

10 *liceat haesitare, an tota illorum verborum pars suprema a veritate abhorreat. Itaque Lindenbrogianum librum omnino mihi negligendum esse censeo, quod similiter mihi faciendum esset, etsi revera Heroldianum codicem manuscriptum iterum perscrutatus fuisset. Nihilo tamen minus recentiores editores aut solum Lindenbrogianum textum repetiverunt aut variis lectionibus ex Heroldiano libro*

15 *collectis auxerunt, cfr. Leibnitii Scriptores rerum Brunsvicensium (1707) I. p. 81 sqq. (= Lindenbr.), P. Georgisch Corpus iuris Germanici antiqui (1738) p. 445—452 (= Lindenbrog + Herold), P. Canciani Barbarorum leges antiquae (1781) III. p. 31 sqq. (= Lindenbr. + Her.), aut Georgischii editionem secuti sunt, cfr. David Franck Alt- und Neues Mecklenburg (Leipzig 1753)*

20 *p. 175—182, Rössig Commentatio ad titulos VI priores Legis Angliorum et Werinorum (Lipsiae 1785), Molhuysen in Bijdragen vor vaderlandsche Geschiedenis en Oudheidkunde III. p. 50—55. Denique Ferd. Walter Corpus iuris Germanici antiqui I. (1824) p. 375—381 subsidiis a Spangenberg Beiträge zu den Teutschen Rechten des Mittelalters (Halle, 1822) p. 181. 182 publici*

25 *iuris factis textum quodammodo correctum imprimere fecit. Quem ad verbum fere repetiverunt Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer (Breslau 1834) p. 293—413, Gengler Grundriss der Deutschen Rechtsgeschichte (Erlangen 1849) p. 166—172, I. de Wal Lex Frisionum, lex Angliorum et Werinorum (Amstelodami et Lugduni-Batavorum 1850). Novissima tandem editio: Lex Angliorum*

30 *et Werinorum hoc est Thuringorum, herausgegeben von Ioh. Merkel (1851) inprimis Corbeiensis codicis collationem a viro clar. Pertz autori traditam secuta est, interdum etiam Heroldi atque Lindenbrogi libros adhibuit<sup>4</sup>. Quae cum ita sint, omnes has editiones genuinum legis textum constructurus penitus negligam oportet.*

35 *Quo autem facilius intelligantur, quae de codicis editionumque ordine dixi, liceat hanc ea perlustrantem tabulam adicere.*

Haec editio.	Herold. edit.	Lindenbrog. edit.	Cod. Corb.
Capitul.	Tit. Paragraph.	Tit.	
1—8.	I—IV.	I—IV, §. 1.	[p. 26.]
9.	V.	IV, §. 2.	
10—12.	VI, §. 1—3.	V, §. 1—3 (init.).	
13.	VI, §. 4.	V, §. 3 (fin.).	[p. 27.]
14—16.	VI, §. 5—7.	V, §. 4. §. 6 (init.).	
17.	VI, §. 8 (init.).	V, §. 6 (fin.).	
18.	VI, §. 8 (fin.).	V, §. 7.	
19—21.	VI, §. 9—11 (init.).	V, §. 8.	
22—24.	VI, §. 11 (fin.) — §. 13 (init.).	V, §. 9 — §. 11 (init.).	
25.	VI, §. 13 (fin.).	V, §. 11 (fin.).	
	<i>Iudicia Vulemari.</i>	<i>Iudicia Vulemari.</i>	<i>Lex Thuringorum.</i>

50 4) Merkel Lex Saxonum p. 21, postquam ipse Corbeiensem codicem denuo perscrutatus est, nonnullas Thuringicae legis lectiones varias publici iuris fecit, quae fere omnes a viro clar. Pertz caedem adnotatae sunt.



<i>Haec editio.</i>	<i>Herold, edit.</i>	<i>Lindenbrog, edit.</i>	<i>Cod. Corb.</i>
<i>Capitul.</i>	<i>Tit. Paragraph.</i>	<i>Tit.</i>	
26. 27.	VII, §. 1.	VI, §. 1.	<i>De Alodibus</i> [p. 19].
28—33.	VII, §. 2—7 ( <i>init.</i> ).	VI, §. 2—7.	
34.	VII, §. 7 ( <i>fin.</i> ). §. 8.	VI, §. 8.	5
35. 36.	VIII, §. 1.	VII, §. 1.	<i>De furtis</i> [p. 21].
37—40.	VIII, §. 2—5.	VII, §. 2—5 ( <i>init.</i> ).	
41.	VIII, §. 6.	VII, §. 5 ( <i>fin.</i> ).	
42.	VIII, §. 7. 8.	VII, §. 6.	
43.	IX.	VIII.	<i>De incendio</i> [p. 22]. 10
44.	VIII, §. 9.	VII, §. 7.	
45.	X.	IX.	
46—49 ( <i>init.</i> ).	XI, §. 1—4.	X, §. 1—4.	<i>De vi</i> [p. 23].
49 ( <i>fin.</i> ).	XI, §. 5.	X, §. 6.	
50. 51.	XI, §. 6. 7.	X, §. 7. 8.	15
52.	XII.	XI.	
53—56.	XIII—XVI.	XII—XV.	<i>De minoribus causis</i> [p. 24].
57.	XI, §. 9.	X, §. 9.	
58.	XI, §. 8.	X, §. 5.	
59—61.	XVII—XVIII, §. 2.	XVI—XVII, §. 2.	20

*Thuringicae igitur legis textus cum secundum codicem Corbeiensem atque Heroldianam editionem constituendus sit, alter vero ab altero magnopere discedat, dicam oportet, quas sequi rationes mihi proposuerim. Nihil quidem dubito, quin Heroldianam titulorum paragraphorumque divisionem ab ipsa lege alienam atque ab Heroldo inventam habeam. Dilucide enim res a patre meo Zur Lex 25 Saxonum p. 52. 53 de omnibus Saxonicae legis titulis et de iis Thuringicae, quibus numeros I, II, III, VI, XVII, XVIII imposuit (cfr. supra p. 7), demonstrata mihi esse videatur. Idemque potuisset dicere de inscriptionibus tit. IV: De fractura ossium atque tit. V: De ossis fractura in libero; illam enim spuriam esse, demonstrat pluralis numerus ossium (cfr. supra p. 48 not. 7, infra 30 ad cap. 8 adnotata), hanc nemo scripsisset, nisi qui priorem novisset. Similiter tituli XIV. inscriptio De potestate testandi toti huic capitulo 54 falsum, nisi animus me fallit, subiicit sensum; eius enim regula, si esset de testamentis, a toto iure hereditario coaevo discederet; quam ob causam opinor Heroldum eo parum intellecto falsa cap. 54 praemisisse verba. Itaque non errare 35 mihi videor, cum ceteras quoque sola in Heroldiana editione nobis traditas inscriptiones, scilicet cap. 45: De liberto occiso, c. 52: Si quadrupes damnum fecerit, c. 55: De veneficiis, c. 57: De campo, etsi a legis genere dicendi non omnino recedant, tamquam spurias reiiciam. Adde quod genuinis inscriptionibus Heroldus passim maiorem capitulorum numerum subiunxit, quam quae com- 40 plecti voluerint; neque enim cap. 40—42 sunt de furtis, neque cap. 48—51, 57 de vi, id est de raptu vel stupro, ut censeas, parum perspecta horum vocabulorum vi titulos ab illo esse compositos. Quae omnia postquam eiecimus, nondum tamen genuinum legis textum, qualem Heroldianus codex praebuerit, manibus terimus. Iudiciis enim Vulemari merum ius Frisicum inesse ideoque a lege 45 Thuringica ea segreganda, Frisicae autem adiungenda esse, dilucide comprobavisse mihi videntur Wilda *Strafrecht der Germanen* p. 746. 105. 308 et pater meus *Legg. III.* p. 655. 698—700, ut nihil iam dicere possem nisi allata argumenta repetere, quod supervacaneum duco<sup>5</sup>. Immo contendam, imperite*

5) Itaque consenserunt Hinschius in v. Sybel *Historische Zeitschrift* XI. (1864) p. 416, de Geer in *Zeitschrift für Rechtsgeschichte* VIII. p. 139. 149. 50



*Heroldum folia codicis a se perspecti falsum in ordinem rede-  
gisse. Si denique Wigand in Archiv für ältere Deutsche Geschichtskunde IV. p. 346—349 et  
Femgericht Westfalens (Hamm 1825) p. 47 capitula 26—61 appendices esse  
legis Saxonicae, atque sola cap. priora 25 Thuringica esse putat, ei accedere  
5 omnino non possum. Neque enim consonant cum Saxonico iure ullius temporis  
praecepta legis Thuringicae c. 37, 38, 46—49, ceterorum (cfr. quae infra ad-  
notavi), et in una Thuringica lege eiusque utraque in parte, ut alia praemittam,  
homo nobilis dictus est adalingus (cfr. infra not. 3 ad cap. 1.), et hominum  
liberorum nobiliumque weregeldum c. 46—49 idem est quod cap. 1. 2, aliud  
10 Saxonica in lege. Quo factum est, ut exceptis Wigand l. l. et de Geer in  
Zeitschrift für Rechtsgeschichte VIII. p. 140 nemo rem in dubio reliquerit.  
Itaque omnia 61 capitula, quae et in Corbeiensi codice et Heroldiana in edi-  
tione leguntur, eaque sola insuper titulorum inscriptionibus eiectis, quoad solas  
Heroldianus liber memoriae prodidit, genuinum legis textum habeo. Ceterum  
15 ad singulas eligendas lectiones maioris momenti esse Corbeiensem codicem dico,  
quia saepius speciem veritatis praebent, cfr. c. 37 loco: sonesti Corb.: son est,  
Her.: son, c. 34. sive matris parte (Her.) loco: sive de matris parte (Corb.),  
c. 35. commotionis multam (Her.) loco: in commotionis multam (Corb.).  
Quamvis igitur concedam, cap. 55. verba ad vomeres sola ex editione saepe  
20 laudata perspici posse (Corb.: cccl!), ibique rectius scriptum esse c. 51: casu  
quolibet loco: casu quodlibet (Corb.), atque censeam, ad utrumque textum per-  
petuo rationem adhibendam esse, malim plerumque Corbeiensem codicem eius-  
que capitulorum ordinem sequi, excepto eo, quod capitula 26—61 capitulis 1—25  
ad exemplar Heroldianae editionis postponam. Quae ut faciam, id me movet,  
25 quod fere omnes leges consimiles, quae sunt praecepta de homicidiis atque de  
vulneribus, ceteris edictis praemittunt.*

*II. Haec 61 capitulorum lex, quam genuinam habeo, regioni alicui lata  
est, quam praeter servos duo tandem nobilium ingenuorumque ordines incole-  
bant; litos enim cum lex praetereat, ibi fuisse negem, praesertim cum et aequa-  
30 les leges constituendis in weregeldorum positionibus eorum ubique mentionem  
faciant, et cap. 45, si litorum aldiorumve status exstisset, hoc verbo usus  
fuisset loco servi a domino per manumissionem libertate donati<sup>6</sup>. Porro nobi-  
lium ordo, ubicumque Germani terram aliquam ad tempus a Romanis occu-  
patam tenuerunt, exstare desiit; inprimis igitur apud omnes Francorum natio-  
35 nes tantopere omnia eorum vestigia extincta fuerunt, ut hodie viri docti dubi-  
tent, an umquam ibi floruerint; similiter meridionalium Germanorum leges  
nobilitatem haud numerosam atque labefactam ostendunt. Itaque ex legibus,  
quas abusive dicunt barbarorum, praeter eam, de qua agimus, sola Saxonica  
atque Frisica magnum ei attribuunt momentum<sup>7</sup>. De litis vero leges Saxonum,  
40 Frisionum, Francorum et Salicorum et Ribuariorum et Chamavorum, Alaman-  
norum, Baiuvariorum, Langobardorum partim breviora partim fusiora prae-  
cepta edunt, quos vario nomine modo litos modo aldios modo homines vel  
regios vel ecclesiasticos vel tributarios dicunt<sup>8</sup>. Quae cum ita sint, apparet*

6) Quos quidem ubique a litis discernere nos iubet  
45 Waitz Verfassungsgeschichte IV. p. 298. Ceterum  
weregeldum ab auctore Thuringicae legis libertis  
tributum dimidium est hominum ingenuorum, sicut  
litorum solet esse (cfr. infra ad c. 45 adnotata).

7) Idem sensisse videtur H. Müller Der lex salica  
50 und der lex Angliorum et Werinorum Alter und

Heimath (1840) p. 111: *Der Adelingus, inquit, ohne-  
dies ein fremdes Element in der lex Thuringorum.*

8) Quem ad modum varius his in legibus litorum  
status sit, cum huius praefationis non sit discutere,  
liceat laudare Walter Deutsche Rechtsgeschichte  
(ed. 2. 1857) II. §. 419—422.



*legem Thuringorum ius continere regionis alicuius numquam a Romanis possessae, neque ullius populi paullo antea commemorati fuisse, ut contendam praeter Thuringiam ne ullum quidem in Germania exstare tractum, ubi lex valere potuerit. Adde quod ibidem nobiles homines vixisse constat (vide infra ad cap. 1 not. 3 adnotata), liti vero defuisse putandi sunt. Postea enim ipsa in Thuringia litorum mentio non fit, atque in ea olim a Thuringis postea a Saxonibus habitata regione, quae anno 534 p. Chr. n. (v. infra p. 112) Saxonum in ditionem redacta Nordthuringia appellabatur, tunc demum litorum ordo natus esse narratur<sup>9</sup>. Neque minoris id existimo quod Thuringicae legis in capitulis 31. 32. 38 institutiones commemorantur, quas nostrates dicunt Gerade et Heergeräthe. Constat enim eas saeculis posterioribus per Saxoniam, Thuringiam, Frisiam, easque regiones, quae Saxonicum ius receperint, in usu fuisse, nusquam vero in Francia, Alamannia, Baiuvaria (cfr. quae infra ad laudata capitula adnotavi), nonum vero ad saeculum sola in lege Thuringorum reperiri<sup>10</sup>. Quae cum ita sint, nusquam potuisse laudata legis Thuringicae capitula valere nisi in Saxonia aut in Frisia aut in Thuringia. Neque aliud comprobatur monetarum ista in lege commemoratarum usus: frustra requiras denarium, quorum prius apud Francos 40 solidum aureum, postea 12 solidum argenteum confecerunt, frustra saigam aliosque nummos Baiuvariorum Alamannorumque in legibus usitatos: solum invenias praeter solidum tremissem id est tertiam solidi partem, ut Thuringica cum lege sola Saxonica atque ea, quae media in Frisia valuerat, hac in re consentiant<sup>11</sup>, orientalis vero occidentalisque Frisia adhuc alio monetarum genere usa sit<sup>12</sup>. Quod denique ad probandi regulas Thuringica in lege proclamatas attinet, liceat pauca dicere de consacramentalium numero diversis a populis postulato. Lex quidem Ribuarica pro qualitate facien-*

9) Widukind. Corb. Gest. Sax. I. c. 14: *Saxones . . . reliquias pulsae gentis (i. e. Thuringorum) tributis condemnare: unde usque hodie gens Saxonum tri-formi genere ac lege dividitur*, Script. III. p. 421. Specul. Saxon. III, 44. §. 2. 3: *do lieten sie (Saxones) die bure (Nordthuringiae incolas) ungeslagen, unde bestadeden in den acker to alsogedaneme rechte, als in noch die late hebbet; dar af quamen die late*. Albert. Stad.: *Inde litones in provincia Saxonum sunt vocati*, Script. XVI. p. 311. 10) I. Grimm Rechtsalterthümer p. 567: *Wie sich nun, inquit, der Ausdruck råde als Besonderheit der Sächsisch-Thüringischen Sprache (quo quidem vocabulo Burgundiones quoque et Alamanni usi sunt, v. infra) darstellt, weisen auch die Beschreibung beider, des Heergewättes und der Gerade immer auf Sachsen und Westphalen, selten auf Friesland, kaum auf Thüringen*. Atque suo iure contendit Schröder, postquam de iure librorum Deutschspiegel et Schwabenspiegel dictorum verba fecit, Geschichte des ehelichen Güterrechts in Deutschland II, 1. p. 160. 161: *Hier sind wir vollständig in die Welt des Sachsen-spiegels versetzt: wir haben den Musstheil, das Heergewäte und den dazu gehörigen Heerpfühl, die Morgengabe und die Gerade. Die Abweichungen sind gering . . . . So bleibt nichts übrig, als alle diese Stellen einfach zu streichen, und sich an die mit ihnen im Widerspruch befindlichen zu halten, nach welchen bei unbeerbter Ehe die ganze Fahrhabe der*

*Witwe zufällt*. 11) De Frisicis monetis cfr. Legg. III. p. 650, de Saxonis cfr. v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 26—47. 358—371. 12) Tremissem Thuringicum tertiam fuisse solidi partem, infra exponere studeam. Cfr. fragm. cod. Grac. exeunte saeculo XII. exaratum: *Secundum legem Francorum et Alamannorum et Saxonum et Durin-gorum et Linbarinorum 3 denarios valet saiga, 4 denarios tremissa, 4 saige solidum faciunt*, Legg. III. p. 132 not. 24. — Econtra H. Müller Der lex Salica und I. Angl. et Werin. Alter p. 115—118 contendit, Thuringicae legis usum nummorum omnino consentire cum moribus Francorum: *es bedarf, inquit, nur eines Blickes in die lex Saxonum, damit man sehe, wie wesentlich sie abweicht*. Quod ut demonstret, Thuringicum solidum olim 40 denariorum fuisse fingit atque miram quandam recapitulationem, ut ita dicam, legis Thuringicae conficit, secundum quam plerique ibi commemorati numeri multiplicando modo *kleine chunna, d. i. zu tiantig*, modo *grosse chunna, d. i. zu twalftig*, effecti fuerint. Sed quae iste talem in modum componit, omnia neque Thuringica in lege invenio neque constitutionibus legis Salicae Ribuaricaeve consimilia sunt. Ceterum rem numismaticam Francorum Thuringicae legis auctorem imitatum esse, iam proposuit Rössig Commentatio ad leg. Angl. et Werin. p. 5, nullis vero rationibus sententiam a se prolatam confirmaturus est.



X; XIV, 1, XVIII, 2; XI, 2, XII, 1, XV—XVIII), *lex Saxonum* (v. supra p. 48 not. 6) et *leges Langobardorum* (v. *Legg. IV.* p. 673 s. v. *iurator*) 1, 3, 6, 12; *leges Alamannorum* (cfr. *Hloth. c.* 92. *Legg. III.* p. 78; *Karol. VI. ibid.* p. 131; *pact. II. leg.* 39 l. l. p. 36) et *Baiuvariorum* (I, 3, 6. *Legg. III.* p. 271, 273) 1, 3, 6, 12 interdum 24, *lex Frisionum* (v. gr. I, 1—8, 11, 16) 1, 3, 5, 7, 11, 17, 23, 48. *Leges autem Francorum Salicorum Chamavorumque et Burgundionum cum perraro iusiurandum commemorent* (nullius nisi sua manu duodecima dati mentionem faciunt), *liceat praeterire atque contendere, legem Thuringorum, quae reum aut solum aut cum quinque aut cum undecim consacramentalibus pro qualitate facti iurare iubeat* (cfr. adnotata ad cap. 2 not. 7, cap. 3 not. 11), *proxime accedere ad ius Saxonicum atque Langobardicum. Postea vero Saxones ceterarum gentium exemplum imitati consacramentalium numerum valde adauxerunt, cfr. e. gr. Speculum Saxonicum I, 6. §. 2* (mit tven unde seventich mannen), *ius territoriale Dithmarsicum; Thuringos autem antiquum modum etiam multo postea retinuisse*<sup>13</sup>, *nonnulla nos docent exempla*<sup>14</sup>.

*Quae disputavi, coarguere mihi videntur gentis alicuius fuisse quam editurus sum legem, quae terram a Romanis numquam occupatam incoluerit, iure autem a Francico prorsus alieno Saxonicoque simillimo usa sit. Sed complures viri docti summam esse cognationem Thuringicae legis cum iis, quae Francorum ius nobis rettulerint, exposuerunt*<sup>15</sup>. *Neque omnino id negare audeam. Liceat igitur singula examinare. Primum quidem maximi momenti Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 246, H. Müller Der lex salica u. d. l. Angl. et Werinor. Alter p. 108, Stobbe Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I. p. 175 id esse voluerunt, quod ingenui hominis weregeldum idem est ducentorum solidorum ex legibus Thuringorum et Francorum Salicorum, Ribuariorum Chamavorumque. Sed inhaerent legi, de qua disputamus, vestigia nonnulla temporis prioris, quo liberi hominis weregeldum 160 solidorum (maiorum = 240 solidorum minorum) fuit*<sup>16</sup>, *ut sine ulla dubitatione contendam, prius weregeldum Saxonico Frisicoque consimile ad exemplar constitutionum Francicarum in Thuringia non omnino quidem submotum, sed commutatum fuisse eiusque in locum successisse Francicum weregeldum. Neque fefellisse mihi videtur opinio v. d. Wilda Strafrecht der Germanen p. 105, cum exposuerit, dinoscendam ad nationum affinitatem weregeldorum summa multo maioris momenti esse aequam mulctarum minimarum magnitudinem, quae Thuringica in lege a more Francorum Saxonumque discedit soloque cum iure antiquissimo Langobardorum consentit*<sup>17</sup>. *Ex quo colligi potest, homines istos, quibus lex Thuringorum ius condiderit, neque Francos neque Saxones neque Frisiones neque Burgundiones neque Baiuvarios neque Alamannos fuisse, propius autem ad Langobardos, Saxones, Frisionesque quam ad reliquos accessisse, quodammodo vero antiquum eorum ius ad exemplar legum Francicarum iam commutatum fuisse, quia fortasse*

13) Errore ductus proposuit Rössig l. l. p. 5, Thuringicos consacramentales secundum usum Francorum institutos esse; tota enim floruerunt Germania.

14) Singula infra adnotem ad cap. 2. 3. 44. 15) Tertiam aliquam opinionem comprobaturus ait P. Hachenberg Germania media (ed. 3. 1709) p. 53: *tota fere* (lex Thuringorum) *ad genium Alemannicae legis composita est.* Qui cum nullas rationes attulerit, liceat negare huic sententiae ullas subesse. Quamvis enim Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 377 dicat: *In seiner Fassung hat der IX. Titel* (i. e. leg.

Thur. c. 45) *viel Aehnlichkeit mit l. Alam. (Karol.) XVII., eique Wilda Strafrecht p. 105 accedat, nequaquam tamen ex mea sententia haec similitudo tanta est, quanta utriusque legis specialis cognatio demonstratur. Neque possum cum Gaupp l. l. cap. 45 spurium ducere; cfr. infra ad cap. 45 adnotata.* 16) Quae supra brevi stylo attigi, infra ad cap. 1. 2. 45. 49. exponere studeo. 17) Cfr. Wilda Strafrecht p. 357—365. 18) Quod Gaupp l. l. p. 249 et H. Müller l. l. p. 108 dicunt, iisdem mulctis compluria vulnera a Francis Thuringisque esse compo-



eorum ditioni subacti fuerunt<sup>19</sup>. Porro iis in legis Thuringicae capitulis, quae sunt de iure hereditario, similiter ipsae regulae cum Francico iure nequaquam consentiunt, usus tamen vocabuli alodis<sup>20</sup> atque constitutio c. 34, quae ad quintam generationem respicit (cfr. leg. Ribuar. LVI, infra ad cap. 34 adnotata) Francorum dicendi genus in memoriam revocant. Etiam notabilius quoddam<sup>5</sup> signum auctoritatis Francorum inest cap. 37. 38, quae fortasse ex deperdita aliqua lege Francorum in Thuringicam irrepsisse suspicareris, nisi eidem cap. 38 alia inessent, quae apud Francos nusquam legitima fuerunt<sup>21</sup>.

Neque aliud totius legis inscriptiones nos docent. Iam supra commemoravi, Heroldiana in editione ei praemissa esse verba: Lex Angliorum et Vuerinorum,<sup>10</sup> hoc est Thuringorum, Corbeiensi autem in libro mediae legi inserta esse: Lex Thuringorum. Utra inscriptio genuina fuerit, viri docti valde disputaverunt. Ex quibus de Westphalen Monumenta inedita (1739) I. p. 101, Rössig Commentatio ad leg. Angl. et Werin. (1785) p. 8, v. Wersebe Völker und Völkerbündnisse (1826) p. 219, Biener Commentarii de origine et progressu legum<sup>15</sup> (1787) p. 89 vocabula hoc est Thuringorum postea adiecta uncinisque iccirco includenda esse proposuerunt; lex enim ipsa, ait Biener l. l., talem inscriptionem habere non potuit; quae enim gens duplex nomen, peregrinum et proprium, legi addet, istud ut per hoc explicetur? Sed Corbeiensi in codice, id quod illi ignoraverunt, leguntur verba lex Thuringorum, ut necesse esset coniecere, iam<sup>20</sup> saeculo decimo diversis in codicibus Thuringorum vocem ceteris additam, atque reliqua in uno, scilicet Corbeiensi, omissa fuisse. Equidem neque hoc verisimile habeo neque censere possum, tunc scivisse librarios, qui fuerint Anglii Werinique. Neque tamen melioribus rationibus ductus Moller Isagoge ad historiam cherson. Cimbr. I. (1691) p. 260 Angliorum et Werinorum nomen ab imperita manu<sup>25</sup> irrepsisse suspicatur. Quonam tandem modo fieri potuisset, ut posterioribus saeculis Thuringorum cum nomine clarissimo obscura paene Angliorum et Werinorum coniungerentur? Nihil igitur dubitem, quin ab initio legis fuerit titulus: lex Angliorum et Werinorum, hoc est Thuringorum<sup>22</sup>. Sin vero quaeras,

sita, id parvi pendam. Nempe ceteris quoque in legibus Germanicis eadem laesiones saepissime eadem compositione solvuntur (v. notulas ad cap. 4—18). Omni vero ratione egere mihi videntur, quae idem H. Müller p. 110 de Frisica verbi *rhedo* forma disputavit; orthographicas regulas veras neque Saxonius codicis Corbeiensis scriptor exeunte saeculo X (cfr. *rhē do*) neque Heroldiani codicis auctor (cfr. *son*) Germanicis in verbis scribendis parum intellectis retinuisse putandus est. Iis denique, quae de fideiussione universali atque contuberniis Gaupp l. l. p. 257 fabulatur, iamiam supervacaneum habeo aliquid opponere. 19) Et concentum et dissensum harum legum singulatim ad cap. 26—34 adnotaturus sum. 20) Grimm Rechtsalterthümer p. 493: *Das Wort verbreitete sich aus den Fränkischen Gesetzen in das Thüringische, Bairische und Alamannische Urkunden, welche daher d nicht mit t vertauschten.* Cfr. l. Alam. Lantfr. LIII, Karol. XLIV, Legg. III. p. 104. 146, et infra ad cap. 26 adnotata. 21) Lex Thur. c. 37. 38: *Qui scrofas sex cum verre, quod dicunt sonest, furatus est, in triplum conponat, et delaturam solidos VII, et in freda totidem. Qui ornamenta muliebria, quod rhedo dicunt, furto abstulerit, in triplum conponat, delaturam XII solidos et in freda similiter.* Cfr. supra p. 13 not. 10, infra ad cap. 37. 38 adnotata.

22) Quodammodo totius inscriptionis pars *lex Thuringorum* confirmari videtur verbis *secundum legem Duringorum*, quae ex fragmento quodam p. 108 not. 12 excerpta sunt. Nihil autem effici cogive potest ex saepe laudata constitutione Canuti regis de foresta c. 33: *Quod si (canes rabidi) intra septa forestae*<sup>35</sup> *reperiantur, exquiratur herus et emendet secundum pretium hominis mediocris, quod secundum legem Werinorum i. e. Churingorum est ducentorum solidorum*, Schmid Gesetze der Angelsachsen (ed. 2. 1858) p. 320. Etsi enim coniecturae ab editore<sup>40</sup> propositae (*Thuringorum* loco: *Churingorum*) dubii nihil inest, atque revera ipsius legis Thur. capitulum 2 ab illius praecepti scriptore laudatum esse videtur, aut tota illa constitutio, cuius notitiam Spelmannii Glossarium archaeologicum p. 240 solum retinuit,<sup>45</sup> spuria aut certe interpolata est, ut conicias oporteat, verba *secundum legem Werinorum i. e. Thuringorum* typis iam impresso Heroldiano libro originem sumpsisse. Cfr. Lappenberg Geschichte von England I. p. 95. 201; Schaumann in Göttinger gelehrte<sup>50</sup> Anzeigen 1841 p. 212; K. Maurer in Kritische Ueberschau II. p. 410; Zöpfl Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte II, 1 (ed. 2. 1846) p. 41; Stobbe Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I. p. 179; v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 410. 55



unde orta sit mira illa coniunctio, rem nullo modo interpretari possum nisi dicendo, non toti Thuringiae illam legem datam esse sed parti tantum cuidam a duobus populis Thuringicis Angliorum et Werinorum incultae, haec vero nomina legis conceptae tempore non nimis fuisse nota, ut explanandae rei causa adiectum sit: hoc est Thuringorum<sup>23</sup>. Adde quod ius hereditarium hac lege promulgatum tantopere ab eo, quod in Nordthuringia postea valuisse Speculum Saxonicum nos docet, discedit (v. notulas ad cap. 26—34), ut lex Thuringorum in ea solum regione, quam posteriores dixerunt Sudthuringiam<sup>24</sup>, legis vigorem habuisse putanda sit. Sed ne hac quidem tota terra<sup>25</sup> eam legitimam fuisse arbitror, immo iis tantum in regionibus, quas Anglii et Werini tenuerunt. Liceat igitur perscrutari, quas sedes uterque populus habuerit. Quod quidem ad Anglios Thuringicos attinet, non dubitem, quin plerisque<sup>26</sup> cum viris doctis, qui legem, de qua agimus, Thuringicam duxerunt, contendam, eos Engilin in pago Thuringico habitavisse, cuius situm haec nobis demonstrant documenta: dipl. a. 802: in pago Englide in villa, quae dicitur Collide (hodie Coelleda), Wenck Hessische Landesgeschichte II. Urkundenb. p. 18; dipl. a. 932 (spur?): in pago Engilin in comitatu Meginwardi comitis, Dronke Codex diplomat. Fuldens. p. 314; dipl. a. 957: in loco Hohflurun nominato in pago Engeli, in confinio Schidinga (hodie Scheidungen) marcha, Gerken Cod. dipl. Brandenburg. I. p. 23; dipl. a. 1200: bona in Rinthse sita in Engilde, Michelsen Cod. Thuringiae diplomat. (Iena 1854) p. 14; in regione vero Turingorum in pago Engli villam Geurichesleiba, Dronke Cod. Fuld. p. 43; in provincia thuringorum in pago Engleheim in villa Bichelinge, Dronke Tradit. et antiq. Fuld. p. 99 c. 64; in Engilden, Furare, item Furare (hodie: Gross- et Klein-Furra), Schannat Tradit. Fuld. p. 33. 234. 292. 302; Triburi (hodie: Trebra) in pago Engilin, Dronke Tradit. et antiq. Fuld. p. 231. A Werinis tandem Thuringicis cum nequeam cum Eckhart Commentarii de reb. Franciae oriental. (1729) I. p. 40, Sachse Handbuch des Sächsischen Privatrechts (Weimar 1824), aliis conicere Weringewe<sup>27</sup> pagum prope Würzburg urbem situm, quem ipsi Thuringi certe numquam

23) Pater meus Zur Lex Saxonum p. 409 proponit, primo dictam fuisse legem Angliorum et Werinorum, paullo postea verba hoc est Thuringorum a librario adiecta, a Corbeiensis autem codicis scriptore genuina denique verba omnino reiecta esse.

24) Cfr. Dronke Trad. Fuld. c. 41, 20 p. 96; dipl. a. 1063 v. Heinemann Albrecht der Bär p. 441, dipl. a. 1147 ibid. p. 458; Speculi Saxonici III, 44 §. 2 glossam: de norddoringe de sint nicht doringe, de ut der lantgreveschap tu doringen geboren sin, wen dat sin Sassen, Homeyer Sachsenspiegel I. (ed. 3) p. 338; infra not. 26. — Sudthuringiae autem vocabulum usurpat exempli gratia dipl. Ludowici a. 877 Ian. 6: in villa quae dicitur Tennstedi et in villa, quae dicitur Herike, in pago qui dicitur Sudthuringia in comitatu Ottonis, Orig. Guelf. IV. p. 377; dipl. a. 946 Leibnitii Script. rer. Brunsvic. II. p. 375.

25) Per totam Thuringiam atque Nordthuringiam legem Thuringorum viguisse proponit v. Ledebur in Archiv f. d. Geschichtsk. d. Preuss. Staates XIII. (1834) p. 77.

26) Sed cum neque Anglios jenen von der Elbe ost- und nordwärts bespülten Winkel, den die Altmark einnimmt, tenuisse, neque Werinorum patriam fuisse Weringewe pagum prope Würzburg oppidum situm demonstrare potuerit (v. infra not. 26. 27), accedere eius opinioni nequeo.

27) L. v. Lede-

bur in Archiv etc. p. 77 et in libro suo Nordthüringen und die Hermunduren oder Thüringer (1842) p. 33 sqq. coarguere studet, Anglios in regione, quam nostrates dicunt Altmark, sedes habuisse. Equidem nego, Romanos auctores id nos docere (v. infra). Sed licet concedamus, saeculo I. vel II. p. Chr. n. ibi Anglios Thuringicos habitavisse, supervacaneum tamen dico fusius demonstrare, eo tempore quo lex Thuringorum concepta sit, sive ea saeculo V. sive VIII. sive XII. attribuenda sit, prope Tangermünde Thuringos coluisse, praesertim cum Nordthuringiae a. 534 a Saxonibus occupatae (v. infra) fines multo minus ad septentrionem spectavisse, eamque inter reliquam Saxoniam et Thuringiam interiacuisse constet. Neque istius sententiam id mihi confirmare videtur, quod Tangermünde urbs etiam Angermünde dicta, neque procul inde villa aliqua, cuius nomen Angern est, sita fuit. Iisdem enim argumentis uti posses, si contendere velles Angros Saxonicos ibi habitavisse. 27) Weringewe, Weringewa, Weringawe, Werangewe, Werngowa pagus, qui a Wera parvulo fluvio Moeno influente nomen duxisse videtur, exempli gratia has villas amplectebatur: Altdorf, Binsfeld, Buchold, Fladungen, Gau-Aschbach, Gessenheim, Gresthal, Halsheim, Heslar, Heu-Grumbach, Muedesheim,



*incoluerunt, nomen hausisse, bene proposuisse mihi videntur v. Ledebur in Archiv f. Geschichtsk. d. Preuss. Staats XIII. p. 78, idem Nordthüringen und die Hermunduren (1842) p. 33, v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 411, qui Werinofeld id est Werinorum campum perraro laudatum inde nominatum esse censerent. Scilicet chronicon Moissiacense a. 808 narrat: tertium exercitum transmisit (Karolus imperator Bohemiam invasurus) super Hwerenofelda<sup>28</sup> et Demelchion, Script. I. p. 307, idemque a. 809: Karolus imperator misit filium suum Karolum regem super Duringa ad locum qui vocatur Walada, ibique habuit conventum magnum; et inde misit scaras suas ultra Albiam, ipse vero movit exercitum suum ultra Sala super Hwerenaveldo, ibid. p. 308. Affinis igitur fuit haec Werinorum regio<sup>10</sup> Dalemincis<sup>29</sup>, qui prope Misniam oppidum sedes tenuerunt, atque interiacuit inter Waladam<sup>30</sup> villam (Wallhausen?) et Salam flumen. Werinofeld<sup>31</sup> igitur i. e. Werinorum regio Thuringicos nonnullos pagos amplexa est, quos certe nominari tenuitas rerum memoriae traditarum vetat, Helmgawe, ut opinor, et Engilin (?). Quae cum ita sint, Thuringi qui Anglii et Werini dici potuerunt, eam tantum<sup>15</sup> Thuringiae partem tenuerunt, quae proxime ad orientem spectabat atque ad Slavos Saxonesque accedebat, ut de qua agimus lex Westergewe, Lupentia, Onfelt, Ahegewe, Altgewe, Nabelgowe Thuringicis in pagis<sup>32</sup> valuisse non videatur.*

*Sed nescio an quis concedat, Werinofeld a Werinis, Engilin pagum ab Angliis nomen sumpsisse, nisi demonstrari potest, utramque gentem Thuringicam<sup>20</sup> fuisse atque iisdem fere in regionibus sedes habuisse.*

*Ipsa quidem Thuringia olim multo magis quam hodie et ad septemtrionem et ad occidentem et ad meridiem vergebat, ut orientalem tantum finem Sala flumen<sup>33</sup> semper fecisse putanda sit. Quamquam enim Hermundurorum, qui breviori nomine postea Thuringi dicebantur<sup>34</sup>, patriam Werra et Albi (= Sala?)<sup>25</sup> fluminibus atque montibus, quos nostrates Harz silvamque Thuringicam dicunt,*

Obersfeld, Ostheim, Sundheim, Stetten, Thüngen; arg.: Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 21. 43. 53. 118. 130. 148. 149. 166. 173. 175. 177. 248. 270; Schultes Directorium diplomaticum I. p. 8. 14. 21. 86. Ceterum *Weringewi pagus orientalium Francorum* (v. dipl. a. 889 et a. 932, Mon. Boica XXVIII. p. 98. 161) interdum ad Grabfeld addictus est. Cfr. v. Ledebur in Archiv etc. XIII. p. 84. 28) Pertzius l. l. has lectiones varias adnotat: *Hwerenofelda, Werinefelda.* 29) Dalemencion patriam fuisse Dalemincorum sive Glomazorum, nationis Slavicae, eiusque fuisse villas, quas nostri Meissen, Gana, Strehla, Boritz, Zehren, Zadel, Mügeln, Schrabitz, Döbeln, Mochau dicunt, ostendit W. v. Raumer Histor. Charten u. Stammtafeln I. (1837) p. 2, 23. A Sala autem fluvio aliis quibusdam nationibus Slavicis dirempti erant, quae inter Mildam Salamque flumina habitaverunt. 30) v. Ledebur in Archiv f. Preuss. Geschichtsk. VII. p. 39, W. v. Raumer Charten und Stammtafeln I. p. 10 proposuerunt, sub Waladae vocabulo hodiernum vicum Waldau prope ad Bernburg urbem situm intelligendum esse. Qui cum Sala fluvio paene alluatur, ut regio aliqua inter Salam et Waldau interposita commemorari vix possit, malim cum Knochenhauer Geschichte Thüringens in der Karoling. u. Sächs. Zeit (1863) p. 14 coniicere, Waladam dictam fuisse villam, quam posteriores Valeshusun, nostrates Wallhausen appellant. Quam in confinio Saxoniae et Thuringiae sitam, ut ipsa *fovea quae est iuxta Valeshusun* (Thietmar. Merseburg. Script. III. p. 749) vel Sachsengraben

finem confecerit, atque Helmgowe pago addictam fuisse (cfr. dipl. a. 985 Schultes Dir. dipl. I. p. 414) omnino constat. — Cfr. dipl. a. 979: Wenck Hess. Landesgesch. II. Urkb. Nr. 35. dipl. a. 933. Schultes 30 Dipl. director. I, p. 55. — Ceterum Förstemann Neue Mittheilungen aus dem Gebiete histor. antiq. Forschungen I, 1 (1834) p. 15 adnotat, usque ad bellum triginta annorum inter Cölleda oppidum atque Gross-Neubausen vicum sitam fuisse Wallendorf 35 villam. 31) Sicut Werinofeld ita Frisonefelde (cfr. v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 412) et Grabfeld (cfr. Genssler Das Grabfeld) et Meineveld non singularem pagum sed tractum quendam significant. 32) Omnibus his de pagis conferas, ut 40 alios praeteream, imprimis Dronke Traditiones et antiquitates Fuldens. (1844) p. 230. 231, W. v. Raumer Charten und Stammtafeln I. sparsim, v. Wersebe Vertheilung Thüringens passim, v. Ledebur Nordthüringen und die Hermunduren. 33) Ex. gr. 45 Einhart. V. Karol. c. 15: *Salam fluvium qui Thuringos et Sorabos dividit*; Poeta Saxo II. v. 38 sqq. 34) Haec coarguisse mihi videntur imprimis Zeuss Die Deutschen u. die Nachbarstämme (1837) p. 102—105. 367—373, I. Grimm Geschichte der Deutschen 50 Sprache II. p. 597, Wislicenus Die Geschichte der Elbgermanen (1868) p. 13 sq. Diligentissime autem virorum doctorum et consentientium et obloquentium opiniones collegit Ad. Gloël De origine Thuringorum (Halis 1862) p. 1 sq., suam vero sententiam, ex qua Thuringi a Thervingis orti sint, comprobare non potuit. 55



circumscriptam fuisse Romani scriptores referunt<sup>35</sup>, attamen Thuringorum nomen inde ab eo tempore, quo primum commemoratur, complures gentes circumiectas complexum est, ut Waitz *Deutsche Verfassungsgeschichte II.* p. 13 coniceret, migrationis magnae Germanicae tempore omnes nationes Herminonum Suevicorum hac una appellatione dictas fuisse<sup>36</sup>. Quamvis enim Saxones medio aevo fabulose enarrant, olim a se egressis ex navibus Thuringos ex regione, quae Hadeln dicitur, repulsos esse<sup>37</sup>, nihil tamen dubito, quin ineunte adhuc saeculo VI. Ora flumen utriusque gentis finis atque Nordthuringia<sup>38</sup> cum Suevia<sup>39</sup> pago Thuringiae pars fuerit, atque ab anno 534 tandem Unstrut fluvius terminus redditus sit. Porro iam tunc ut postea fuisse videtur separatio Saxoniae et Thuringiae versus montana quae dicuntur Hart<sup>40</sup>. Ad occidentem vero aut Thuringorum aut populorum iis subiectorum vicini semper Franci videntur fuisse, termini autem saepius commutati sunt. Saeculo quidem nono et undecimo cum Werra<sup>41</sup> flumen eos a Francis, qui Grabfeld et Hessi pagum tenuerunt, dirimeret, a Procopio atque Geographo Ravennate<sup>42</sup> iam Thuringia affinis dicitur Franciae Rhenensi; similiter fabulae, quas refert Gregorius Turonensis de migratione Francorum per Thuringiam<sup>43</sup>, de fuga Childerici regis Francorum ad Basinum regem Thuringorum<sup>44</sup>, atque perpetua utriusque gentis bella<sup>45</sup> demonstrant,

35) Cfr. Tac. Germ. c. 41; Strabo Geogr. VII, 1; Velleius Paterculus II, 106; Dion. Cass. fragment. a Morellio edita p. 32; Ptolomaei geograph. (Τετραλογαῖμα); Zeuss l. l. p. 103; Wislicenus l. l. p. 15.

36) Cfr. Rettberg Kirchengeschichte Deutschlands II. p. 370. 286; Waitz Verfassungsgeschichte II. p. 55, III. p. 90; Knochenhauer Thüringen in der karoling. u. sächs. Zeit p. 7. Itaque dicit Geographus Ravennas IV, 25: *Thuringia quae antiquitus Germania nuncupatur.* 37) Widukind. Corb. Gest. Sax.: *Saxones his regionibus navibus advectos, et loco primum applicuisse, qui usque hodie nuncupatur Hadolaum; incolis vero adventum eorum graviter ferentibus, qui Thuringi traduntur fuisse, Script. III. p. 418; Chron. Thuring. ed. Schötten I. p. 85; Magdeburger Schöpenchronik, herausgegeben von Janicke p. 11 etc.*

38) Rudolf. Fuld. Transl. s. Alexandri: *vastatisque indigenis (i. e. Thuringis) et ad internecionem paene deletis, terram eorum (Theodoricus rex Francorum) victoribus (i. e. Saxonibus) delegavit ... (Qui) eam maxime, quae respicit orientem, colonis tradebant, singulis pro sua sorte sub tributo exercendam. Caetera vero loca ipsi possederunt, a meridie quidem Francos habentes et partem Thuringorum, quos praecedens hostilis turbo non tetigit, alveoque fluminis Unstrote dirimuntur, Script. II. p. 674, VII. p. 285;*

45) Widukind. Corb. ibid. III. p. 424; Ann. Quedlinburg.: *Audiens autem Theodoricus, Saxones in loco Hadalaon dicto applicuisse, in suum eos convocavit auxilium, promittens ..., si Thuringos sibi adversantes vincerent, omnem illis eorum terram daturum usque ad confluentiam Salae et Unstradae fluviorum .... Tunc victoribus tradidit Saxonibus omnem terram Thuringorum, excepta quam Louvia et Haertz sylvae concludunt, Script. III. p. 22; Specul. Saxon. III, 44. §. 2. 3; Albert. Stad. Script. XVI. p. 311; cfr. supra*

not. 10. Qui fit, ut etiam hodie Nordthuringicae domus alium in modum aedificatae sint, atque Saxonicae; v. Landau in Correspondenzblatt 1859 September. 39) Gregor. Turon. Hist. Franc. V, 15; Paul. Diacon. III, 7; Widukind. Corb. Script. III.

p. 424; v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 400—404; v. Wesebe Gaue zwischen Elbe und Saale (1829).

40) Chron. Halberstad. ed. Schatz 1839. Similiter legitur in vita s. Luitberg.: *in pago, qui dicitur Harthgewi, in saltu qui vocatur Harzs, qui dividit Saxoniam et Thuringiam, Script. IV. p. 159.* 41) *In ripa fluminis praedicti (Wirrae), quod Hassiam Thuringiamque dirimebat, Lambert. Hersfeld. a. 1074; Script. V. p. 207; idem a. 1073: in confinio Thuringiae et Hassiae, in villa quae dicitur Gerstengun, ibid. p. 202; dipl. a. 841: villam Salzhunga in finibus Turingiae super fluvium Wisara, Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 240; dipl.: bonum, Gerstungen vocabulo, situm in terminis Thuringiae, ibid. p. 278.* 42) Procop. de bello Goth. I, 12: *μετὰ δὲ αὐτοὺς (Φράγγους) ἐς τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον Θόριγγοι βάρβαροι;* Geogr. Ravennas IV, 12. 43) Cfr. infra p. 118. 44) Hanc narrationem omnino fabulosam esse, demonstravit Iunghans Geschichte der Fränk. Könige Childerich und Chlodovech (1857) p. 11—38; v. Kauffmann in Forschungen zur Deutschen Geschichte VIII. p. 137—141. Quam ob causam errare mihi videtur Gloël, cum proponat in Forschungen etc. IV. p. 207. 233, duos fuisse Basinos reges, quia idem anno 458 (quo fuga peracta esse dicitur) atque ineunte saeculo VI. regnavisse vix potuerit: immo dubitem an a. 458 ille iam fuerit rex. Reliqua enim, quae de Basino Origo gentis Langobardor. Legg. IV. p. 643, Chron. Gothan. ibid., Venant. Fortunat. vit. s. Radegund. c. 12 et De excidio Thuringiae in Venant. Fort. operibus ed. Luchi II. p. 69 narrant, perbene inter se conveniunt. Econtra vita Basini Act. Sanct. Iul. III. p. 701. 702 tantas cumulat fabulas, ut veri quidquam eis inesse omnino non credam. 45) Gregor. Tur. H. Franc. II, 27: *Multa denique bella victoriasque fecit (Clodovechus rex). Nam decimo regni sui anno (491 p. Chr. n.) Thoringis bellum intulit, eosdem suis ditionibus subiugavit, Bouquet II. p. 175. Neque sciam, cur cum Waitz Das alte Recht der Salischen Franken p. 49 et Gloël in Forschungen zur Deutschen Geschichte IV.*



antiquam Franciam, quae a Werra flumine longe aberat, finitimam fuisse Thuringis, quorum sedes regnumve ad Rhenum flumen procurrisse videtur. Ad meridiem denique postquam ad tempus Thuringia multo magis patuit<sup>46</sup>, attigit plerumque eam regio Suevorum (Iornand. c. 55) et montes, quos priores Loibam, nostrates silvam Thuringicam appellarunt. Huius igitur magnae nationis<sup>5</sup> partes dico Anglios atque Werinos, quos iam Tacitus Germ. c. 40 coniunxit Suevisque adnumeravit. Τὸ (ἔθνος) τῶν Σουήβων τῶν Ἀγγελῶν, inquit Ptolemaeus Geograph. II, 11, οἱ εἰσὶν ἀνατολικώτεροι τῶν Λαγγοβάρδων ἀνατείνοντες πρὸς τὰς ἄρκτους μέχρι τῶν μέσων τοῦ Ἄλβιος ποταμοῦ (Salae? cfr. Bluhme Die gens Langobardorum u. ihre Herkunft, Bonn 1868). Quae regio eadem fere est, quam Engilin pagus postea<sup>10</sup> amplexus est. Neque procul ab iis saeculo VI. habitavisse Warnos, nos docent Fredegar. Gest. Franc. c. 15 et Theodorici epistola supra not. 45 laudata. Quae cum ita sint, paucae res memoriae proditae quamquam non omnino demonstrant, utrumque populum fuisse Thuringicum easque regiones, quae postea Engilin pagus atque Werinofeld nominabantur, incoluisse, verisimillimum tamen id reddunt.<sup>15</sup>

Iamiam demonstravisse mihi videor, legem Angliorum et Werinorum, hoc est Thuringorum, latam fuisse Thuringicis duabus nationibus, cum eae antiquum ius prorsus alienum ad exemplar legum Francorum valde commutavissent. Quod factum fuisse vix ducam, nisi isti Francorum aut imperio aut auctoritati subacti fuissent. Restat igitur, ut quaeramus, quonam tempore illorum res tales<sup>20</sup> fuerint. Basinus quidem Thuringorum nondum superatorum rex, de quo supra not. 45 verba feci, cum sexto saeculo ineunte moreretur<sup>47</sup>, imperium eius tres eius filii inter se diviserunt, quorum Badericus natu maximus circa a. 516 ab Hermanefredo fratre Francorum ope victus cecidit, alii autem, quibus Hermanefredi et Bertharii nomina erant, a. 531 et a. 535 a Francis omnino superati<sup>25</sup> sunt, ut horum provincia Thuringia fieret suoque iure Venantius Fortunatus poema illud De excidio Thuringiae componeret<sup>48</sup>. Nonnulli autem tractus etiam tunc invicti remanserunt<sup>49</sup>, ii scilicet, qui maxime inter septemtriones et orientem solem spectabant, id est ipsa Angliorum Werinorumque patria, quorum duces Radulfus<sup>50</sup> (ineunte saeculo VII.) et Hedenus<sup>51</sup> (circa 704—716) interdum<sup>30</sup> cum Francis bella gesserunt, quodammodo tamen iis subiecti fuerunt (rebelles

p. 236 censeamus, istos Thoringos alium populum eodem nomine praeditum fuisse; liceat coniecere, Gregoriana verba, ut saepius fit, iactanter esse dicta. Similiter eorundem arma saepius collata sunt; cfr. Gregor. Tur. III, 7, res a. 531 et a. 534 gestas (v. Gloël l. l.), Gregor. Tur. IV, 10 (a. 553). Itaque suo iure Theodoricus rex Ostrogothorum litteras a Cassiodor. Var. IV, 1 memoriae proditas *Herulorum Guariorum Thoringorum regulis* circa annos 501—506 (v. Freyberg in Münchener Gelehrte Anzeigen 1836 p. 256, Gloël l. l. p. 237, Binding Das Burgundisch-Romanische Königreich I. p. 182) misit, quibus eos adhortaretur, ut cum reliquis nationibus, quae circa Francos sedes habuerunt, societatem periculum ab his communiter imminens repulsuram coniungerent. 46) V. Eugipp. Vit. s. Severini c. 31, Acta SS. Ian. I. p. 65; Geograph. Ravenn. IV, 25: *Per quam Thuringorum patriam transeunt plurima flumina, inter cetera quae dicuntur Bac et Reganum, quae in Danubium merguntur*, ed. Parthey p. 229. Quae flumina prope Yssel fluvium sita fuisse et ibi Thuringiam aliquam exstitisse, quamquam Baersch Von dem Untergange des Thüring. Königreichs (Maring. 1821) proponit, ut Waitz in Forsch. zur Deutsch.

Gesch. IV. p. 233 adnotat, fusius tamen id reiicere supervacaneum habeo. — Venant. Fortunat. IV, 2: *virtus (Sigeberti) quam Nabis* (i. e. Nab, al. cod.: *Nablis*) *ecce probat, Thoringia victa fatetur*, ed. Luchi I. 35 p. 188. 47) Gloël in Forsch. zur Deutsch. Gesch. IV. p. 208 proposuit, id circa a. 511 factum esse. Equidem malim coniecere, Basinum paullo ante a. 506 defunctum esse, cuius rei argumentum habeo Theodorici regis epistolam paullo antea laudatam. 48) Omnium harum rerum gestarum historiam elegantius perquisivit atque constituit Gloël in Forsch. zur Deutsch. Gesch. IV. p. 196—230. De vectigalibus autem, quae inde ab illo tempore Thuringis solvenda erant, cfr. Thietmar. Merseburg. V, 9, Script. 45 III. p. 794; Ann. Quedlinburg. ibid. p. 31, 32; Annalist. Saxo a. 1002, 1046; v. Wersbe Vertheilung Thüringens I. p. 16, 28; Waitz Verfassungsgesch. II. p. 504, 505, III. p. 89; Knochenhauer Thüringen p. 75. 49) Testes sunt Gregor. Tur. Hist. 50 Franc. IV, 10 et Venant. Fortunat. ed. Luchi I. p. 188; v. Gloël l. l. p. 231, 232. 50) Fredegar. Gest. Franc. 51) Willibald. V. Bonifacii: *sub Theotbaldi et Hedene periculoso primatu*, Script. II. p. 344; dipl. Hedeni a. 716 April. 8, Martene Collectio am- 55



enim ducebantur). Unde Hardradus quoque comes ortus esse videatur, qui contra Karolum regem a. 785 vel 786 seditionem conflavit<sup>52</sup>, cuius socii modo Thuringi modo orientales Franci dicti alio certe iure matrimonii usi sunt atque Franci.

Quae cum ita sint, omnino apparet, legem Thuringorum multo post medium saeculum sextum esse conceptam, atque verisimile habeam, exacto saeculo nono eam nondum conscriptam fuisse. Neque possum ab iis non dissentire, qui, nulum christianitatis vestigium legi inhaerens cum reperirent, tempore latae legis Thuringicam gentem adhuc paganam fuisse contenderent<sup>53</sup>. Quin etiam dubito, an Dei iudicio ad novem vomeres ignitos commemorato christiani eius mores demonstrantur; Wilda enim in Ersch Allgemeine Encyclopädie s. v. Ordalien comprobaturus est, reorum examinationes ad ferra candentia, ignitos vomeres, aquam frigidam nondum gentilium fuisse Germanorum, sed a clero demum christiano inductas. Similiter legis Thur. cap. 47 cum ab antiquissimo iure communi nostratum, ex quo patri tutorique puellam sine ipsius consensu viro nuptam repossere atque matrimonium contractum dirimere licebat<sup>54</sup>, omnino discedat, atque mulctaticiam solam pecuniam numerari, ipsum vero connubium consistere iubeat, secundum rationes christianas conscriptum esse videatur. Sed dubia haec sunt atque incerta. Maximum autem originis legis christianae fortasse argumentum id est, quod paganicae aetatis ne minima quidem nota ei inest; cfr. v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 413. Paulo quidem accuratius legis conditae tempus eius capitula 41. 43. 57 nos docere videntur. Bannus enim 60 solidorum, i. e. regius sive Francilis, quem hic arripimus, neque usquam in usu fuit nisi apud Francos populosque eorum ditioni subactos, neque ante Karolum regem ab his ipsis nisi singularibus constitutionibus pronunciatus pensari solebat. Ab anno autem 797<sup>55</sup> usque ad annum 803 com-

pliss. I. p. 22; dipl. eiusdem Theodradaeque uxoris a. 704 Mai. 1: *illuster vir Hedenus in villa Aimestadi* (hodie: Arnstadt) *super fluvio Wieltheo* (hodie: Welge) *in pago Turingasnes*, Hesse Arnstadts Vorzeit u. Gegenwart I. p. 79 = Bréquigny Diplomata ed. Pardessus (1843) II. p. 350; testament. Willibrord. ab Hontheim Hist. Trevir. I. p. 99. Quem Turingasnes pagum prope Toxandriam situm fuisse frustra demonstrare studuerunt P. C. Molhuysen in Overysselsche Almanak 1841 p. 153, idem in Bijdragen vor vaderlandsche Geschiedenis III. p. 66, Waitz Das alte Recht der Sal. Franken p. 47, Gloël in Forsch. z. Deutsch. Gesch. IV. p. 238; immo ipsa fuit Thuringia, id quod nuper coarguerunt Waitz in Göttinger Gelehrte Anzeigen 1850 p. 340 et v. Richthofen in Legg. III. p. 639, priores autem omnes proposuerant; cfr. Michelsen Rechtsdenkmale aus Thüringen p. 2. 52) Cfr. Ann. Lauriss. maior. a. 785: *Coniuratio Hardradi et orientalium Francorum, quae contra regem conspiraverant, deprehensa est*, Script. I. p. 168; Ann. Lauresham. a. 786: *Rebellare conati sunt quidam comites, nonnulli etiam nobilium in partibus Austriae*, ibid. p. 32; Ann. Alam. contin. a. 786: *Turinci deprehensi*, ibid. p. 41; Ann. Nazar. cont. a. 786: *Thuringhi autem consilium inierunt, ut Karolum regem Francorum dolo delerent. Quod regi latere nequaquam potuit. Igitur transmisit legatum ad aliquem de illis Thuringhis propter filiam suam sponsam scilicet unius Franci, quam secundum legem Francorum sponsatam habuisse cognoscebatur, ut tempore statuto ei reddidisset sponsam suam. Ille ... non tantum spondit se illam reddere ...; per universos Thuringos*, ibid. p. 41. 42. 53) Cfr.

Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 236. Iam Chr. Godofr. Hoffmann Specimen de origine et natura legum Germanicarum (1715) p. 56. 76 miratur, quod *vestigia clericorum non eminent*. Quod repudiaturus Chr. Gottl. Biener Commentarii de origine et progressu legum German. (1787) p. 97 quamvis lepide de inscriptione cap. 54: *de potestate testandi dicat: prodit temeritorem iuris patrii; manum clerici ex imperio Carolingico mihi deprehendere videor*, contrarii tamen argumentum non protulit. Haec enim inscriptio ab Heroldo composita ipsam constitutionem false ita constringit, ut isti argumento sit. Multo autem magis erraverunt Ludewig Reliquiae manuscript. VII. p. 397 et Rössig Commentatio ad leg. Angl. et Werin. p. 12, qui christianam legis originem numero duodecim consacramentalium ad 12 apostolos formato demonstrari putaverint; cfr. Waitz Verfassungsgesch. I. (ed. 2) p. 474—489, v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 376—394. 54) Cfr. Schröder Gesch. des ehel. Güterrechts in Deutschland I. p. 7 sq. 55) Documentum enim, quod Legg. I. p. 34 quasi capitulare a. 772 promulgatum editum est, ex mea sententia a privo homine tempore aliquo posteriore conscriptum est; cfr. supra p. 85 not. 3. Itaque non possum cum Walter Deutsche Rechtsgeschichte (ed. 2) I. §. 156 conicere, constitutione cap. 57 demonstrari, Thuringicam legem esse *jünger als 772*; immo eam recentiore anno 797 habeo. Ignoro enim, cur Waitz Verfassungsgesch. III. p. 144 not. 2 neget, ullum inde redundare argumentum. Cfr. v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 413—415. 341—347.



*pluribus capitularibus*<sup>56</sup> *Karolus Magnus generaliter edixit, ubi iste solvendus esset: de illis (octo) capitulis, pro quibus Franci, si regis bannum transgressi sunt, solidos 60 componunt, similiter Saxones (ceteraeque nationes Karoli regno adscriptae) solvent, si alicubi contra ipsos bannos fecerint*<sup>57</sup>. *Quae cum solis in capitularibus isto tempore publici iuris factis, nulla vero in lege omnia com- 5 memorentur, non parvi id existimo, quod lex Thuringorum l. l. ter bannum regis Karoli sanxit, etsi duos tantum ex octo illis casibus ab eodem saepius promulgatis commemoravit, harizhut atque incendium nocturnum vetando (cfr. infra ad c. 43. 57 adnotata). His igitur rationibus ductus legem Angliorum et Werinorum, hoc est Thuringorum, Karolo Magno addicere audeam. Adde quod 10 simillimae earum, quae aequalibus in legibus legantur, cum permultae constitutiones tum tota vulnerum componendorum tabula legi Thuringorum insunt, eaque saepissime legem Saxoniam adeo nobis in memoriam revocant, ut dubites, an legislator eius libellum manibus triverit. Einhartus denique cum narret V. Karoli c. 29, Karolum Magnum post susceptum nomen imperiale ... omnium 15 nationum, quae sub eius dominatu erant, iura, quae scripta non erant, describere ac litteris mandari fecisse, idque annalibus<sup>58</sup> tunc conceptis comprobetur, reliqui tamen praeter Francos Chamavos Thuringosque<sup>59</sup> scriptis legibus usi esse videantur, coniciam, legem, de qua agimus, a. 802 aut a. 803 his latam esse. Consuetudinarium autem singulorum populorum ius conscripturus Karolus rex 20 legatos per provincias misisse refertur, qui ubique sapientes viros, hanc ob causam legislatores dictos, adhortarentur, ut suum quisque ius profiteretur. Quorum verba dictata audire paene mihi videor. Lex enim Thuringorum cum imperatorium dicendi genus<sup>60</sup>, quale legum sit, bis tantum interrumpat, atque verba: hoc iudicatum est usurpet, a quibusnam quaeso haec iudicata esse po- 25 tuerunt nisi ab istis legislatoribus?*

*Ex mea igitur sententia lex Angliorum et Werinorum, hoc est Thuringorum, a Karolo Magno circa annum 802 promulgata est, secundum quam ea Thuringorum pars, quae Engilin pagum atque Werinofeld teneret, viveret.*

*III. Iamiam superest, ut rationes perscruter, quibus ducti permulti viri 30 docti sententias a mea alienas atque inter se valde diversas proposuerint.*

56) Singula haec capitularia supra p. 85—87 not. 3—11 enumerata atque excerpta sunt. 57) Cap. Sax. a. 797 initio, supra p. 85. 58) Ann. Lauresham. a. 802: *mense Octimbrio congregavit (domnus caesar Carolus apud Aquis palatium) universalem synodum ... Sed et ipse imperator interim quod ipsum synodum factum est, congregavit duces comites et reliquo christiano populo cum legislatoribus, et fecit omnes leges in regno suo legi et tradi unicuique homini legem suam, et emendare ubicumque necesse erat, et emendatam legem scribere, ut iudices per scriptum iudicassent*, Script. I. p. 38. Cfr. Chron. Moiss. a. 802 ibid. p. 306, Ann. Guelferbyt. a. 801 ibid. p. 45, Poeta Saxo a. 801 l. IV. v. 77 sq., l. V. v. 539 sqq., cap. Aquisgran. a. 802 c. 1. Legg. I. p. 20—22, Boretius Die Capitularien im Langobardenreich p. 71—85, v. Richtigofen Zur Lex Saxonum p. 352—355. 59) Praeter scriptores supra p. 28. 29 laudatos Waitz in Göttinger gelehrte Anzeigen 1869 tunc etiam legem Saxonum conceptam esse censet. Ceterum quam de origine legis Thuringorum protuli sententiam, eandem nonnulli comprobaverunt scriptores, ex quibus afferam: Hachenberg Germania media (ed. 3. 1709) p. 53 (*Basino Irminefredo regi-*

*bus, inquit, enatam primum legem populoque impositam haud temere colligitur; ... donec tandem per Karolum M. confirmata ad posterios devenit*); Sachse Handbuch des Sächsisch. Privatrechts (1824) p. 13, 35 Kraut in Falck Eranien zum Deutschen Recht (1828) I. p. 125, Eichhorn Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte (ed. 5. 1843) I. p. 576, Heimbach Privatrecht der Sächsischen Länder (1848) p. 8, Stobbe Gesch. d. Deutschen Rechtsquellen (1860) I. p. 177, 40 Beseler System d. Deutsch. Privatrechts (ed. 2. 1866) p. 133, v. Richtigofen Zur Lex Saxonum (1868) p. 352—355. 412—416. 60) Cfr. c. 2—9 etc.: *conponat*, c. 40. 41: *solvat*, c. 39: *solvatur*, c. 50: *emendet*, c. 39: *conprobet*, c. 3—5: *iuret*, c. 6—9: 45 *negetur*, c. 3: *exeat*, c. 28: *accipiat*, c. 26. 29: *suscipiat*, c. 27: *pertineat*, c. 31: *debet pertinere*, c. 32: *dimittat*, c. 33: *relinquat*, c. 46: *reddat*, c. 30. 34: *succedat*, c. 34: *transeat*, c. 42. 43: *decernat*, c. 43: *sarciat*, c. 54: *liceat*. Cfr. Waitz Verfassungsgesch. 50 II. p. 81 n. 2, v. Richtigofen Zur Lex Sax. p. 420. — Verba *iudicatum est* nobis c. 36. 49, *iudicatur* c. 56 occurrunt; similiter Legg. I. p. 118, leg. Sal. prolog. 5 ed. Merkel p. 94.



Nequaquam enim omnes tam caute ut Conring De origine iuris Germanici (ed. 3. 1665) diversas rationes meditati concesserunt: ἐπέχειν malumus quam in re usque adeo dubia aliquid asseverare. Quam quidem opinionem iste verisimiliorem habuit, ex qua Thuringia huius legis fuisset patria, hanc tamquam  
 5 solam veram comprobaverunt Ioh. Moller Isagoge ad historiam chersonnesi Cimbricae I. (1691) p. 260, P. Hachenberg Germania media (1709 ed. 3), Hoffmann Specimen coniecturarum de origine legum Germanicarum (1715) p. 55—57, Eckhart Commentarii de rebus Franciae orientalis (1729) p. 39, Rössig Commentatio ad titulos VI. priores legis Thuringorum (1785) p. 5. 12,  
 10 Sachse Grossherzogl. Sächs. Privatrecht (1824) p. 13—18, v. Wersebe Vertheilung Thüringens (1826), Kraut in Falck Eranien zum Deutschen Recht (1828) p. 122 sqq., Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer (1834) p. 234—283, v. Ledebur in Allgemeines Archiv f. d. Geschichtsk. d. Preuss. Staates XIII. (1834) p. 77 (cfr. supra p. 111 not. 25), Wilda Strafrecht der Germanen  
 15 (1842) p. 104—106, Eichhorn Deutsche Staats- u. Rechtsgesch. I. (1843 ed. 5) p. 575 sq., Davoud-Oghlou Histoire de la législation des anciens Germains II. (1845) p. 193, Gengler Grundriss der Deutschen Rechtsgesch. (1849) p. 165, Merkel Lex Angliorum et Werinorum h. e. Thuringorum (1851) p. 3, Walter Deutsche Rechtsgeschichte I. (ed. 2. 1857) p. 162, Stobbe Gesch. d. Deutschen  
 20 Rechtsquellen I. (1860) p. 172—179, Waitz Deutsche Verfassungsgeschichte I. (ed. 2. 1865) p. 192, v. Richthofen Zur Lex Saxonum (1868) p. 404—418. Qui omnes quamvis legem, de qua agimus, partim tota Thuringia partim modo in his modo in illis regionibus valuisse arbitrati valde inter se dissentiant, unanimi tamen aliam reiiciunt opinionem, cuius auctores proposuerunt, viguisse legem et  
 25 in Slesviciae regione, quam nostrates Angeln vocant, et apud ignotum aliquem Werinorum populum, cuius nomen Warnow flumen Mecklenburgicum atque Warnemünde oppidum ei appositum ad hodiernos dies retinuerint. Hanc autem sententiam secuti sunt Leibnitii Scriptores rer. Brunsvic. (1707) I. pag. 51. 15, Struvii Historia iuris civilis (1733) p. 363, Schwarz Einleitung in die Pom-  
 30 mersche u. Rugianische Iustiz-Historie (1735) p. 16, de Westphalen Monumenta inedita I. (1739) p. 105 sqq., III. p. 60, Dreyer De usu genuino iuris Anglo-Saxonici (1747) p. 206, Franck Alt- und Neues Mecklenburg (1753) I. p. 171—175, v. Selchow Gesch. der in Teutschland geltenden Rechte (1778) p. 271 sqq., Biener De origine et progressu legum Germanicarum (1787) I.  
 35 p. 89, Zöpfl Deutsche Staats- u. Rechtsgeschichte (ed. 2) II, 1 (1846) p. 40 sq. At qui fieri potuit, ut populi duo tot aliis dirempti eadem lege usi essent, quin etiam ut Slavica aliqua natio — nam medio aevo prope Warnemünde semper habitabant Slavi — talibus constitutionibus praedita esset, quales insint legi Thuringorum eaeque omnino Germanicae? Adde quod nemo eorum potuit Thu-  
 40 ringorum vocabulum additum interpretari, qui hancce opinionem comprobavissent. Neque omnia, quae supra attuli, leviora esse puto, quam quibus haec omnino reiiciatur<sup>61</sup>. Quam ob rem liceat tertiam quandam opinionem perpendere, quam primus invenit H. Müller Der lex salica und der lex Angliorum

61) Nolim coniecturam huic quodammodo consimilem praeterire. Scilicet Dahlmann Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte I. (1822) p. 441 et Lappenberg Geschichte von England I. (1834) p. 10 proposuerunt, Heroldiana in editione Thuringicae legi praescripta verba, reiecto insuper Thuringorum  
 50 vocabulo, emendanda esse: *Lex Angliorum Etverinorum*, Etverinos autem vel Hetwerinos Slesvicen-

sem fuisse populum ex Beowulf poemate tantum nobis notum. Sed praesertim cum alii melioribus fortasse rationibus ducti Hetvare terram l. l. commemoratam in Francogallia sitam fuisse credant, itaque negandum sit, umquam talem regionem in Slesvicia exstitisse, supervacaneum habeo, hanc opinionem fusius discutere.



*et Werinorum Alter und Heimath* (1840) atque comprobaverunt *Molhuysen in Overyssele Almanak* (1841) p. 153, idem in *Bijdragen vor Vaterlandsche Geschiedenis III.* p. 66 sqq., *Waitz Das alte Recht der Salischen Franken* (1846) p. 46—50, *I. Grimm Geschichte der Deutschen Sprache* (1848) II. p. 604—606. Qui cum contendant sinistra in Rheni ripa populum aliquem, cuius Thuringorum nomen fuerit, habitavisse, et Angliorum Werinorumque gentes amplexum esse, eumque aut saeculo quinto aut saeculo nono ea lege usum fuisse, quam editurus sum, necesse est quaeramus, an revera ista Thoringia umquam exstiterit<sup>62</sup>. Cum iam supra p. 113 not. 45 et not. 44, p. 114 not. 51 nonnulla argumenta ab istis prolata infirmare studuerim, atque demonstravisse mihi videar, neque fabulas de Chlodowechi victoria a. 491 reportata vel de Childerici fuga a. 458, ut exhibent, ad Basinum regem Thuringorum peracta, neque Turingasnes pagum semel laudatum illud nos docere, restat tantum, ut de iis disputem, quae *Gregorius Turonensis Hist. Franc. II, 9 de Francis in terram Salicam migrantibus rettulit*. Primo quidem ipse *Gregorius prae se fert, laudato loco se nequaquam certam historiam sed rumore tantum perlata describere; aliam enim postquam post aliam fabulam de origine Francorum enarravit, ad novam cum accederet, verba tradunt atque ferunt cumulat*. Dein ipse Thoringiae Thoringorumque vocabulorum loco alias ubique ipsam Thuringiam ipsosque Thingos dicit. Ad ultimum auctor *Gestorum Francorum*<sup>64</sup>, qui hac in re unum *Gregorium secutus est, eius narrationem ita commutavit, ut omnia ad mediam Germaniam spectarent*. Quae omnia, etsi me non eo adducunt, ut ex ipsis verbis fabulosae illius Gregorianae narrationis colligam, ea omnia ad ipsam Thuringiam referenda esse, id tamen efficiunt, ut contendam, *Gregorium ipsum nullam aliam Thuringiam novisse ipsasque fabulas tam obscuras, quam audivisset memoriae prodidisse*. Sed licet concedam, aut in *Toxandria*, aut in *insula Batavorum*, aut prope *Tongern oppidum exstitisse regionem, cui idem Thoringiae nomen fuisset, non possum tamen quin negem, inde legem, de qua verba facio, ortam esse*. Omnes enim illae regiones postea a *Frisionibus*<sup>65</sup> occupatae erant, qui lege Thuringorum certe numquam usi sunt, neque est, quo demonstretur, alium umquam ibi incoluisse populum. Adde quod omnia quae supra de legis patria, quam veram habeo, attuli, huic repugnant opinioni, neque Angliorum<sup>66</sup> nomen in *Frisia usquam invenitur*.

*Dabam Berolini Nonis Iuniis 1869.*

62) Quod negavit pater meus in *Richter Kritische Jahrbücher X.* (1841) p. 1012, in *Legg. III.* p. 639 et *Zur Lex Saxonum* p. 416—418, fusius autem comprobaturi sunt *H. Leo Vorlesungen über Deutsche Geschichte I.* p. 238. 256. 297, *Gloël Forschungen zur Deutschen Geschichte IV.* p. 233—240.  
63) *Gregor. Tur. Hist. Franc. II, 9: Tradunt enim multi eosdem de Pannonia fuisse digressos. Et primum quidem litora Rheni amnis incoluisse; dehinc transacto Rheno Thoringiam transmeasse ... Ferunt etiam tunc Chlogionem ... regem Francorum fuisse, qui apud Dispargum castrum habitabat, quod est in termino Thuringorum. In his autem partibus, id est ad meridionalem plagam, habitabant Romani usque Ligerim fluvium, ultra Ligerim vero Gothi ... Chlogio autem missis exploratoribus ad urbem Cameracum ...*

*Romanos proterit, civitatem adprehendit*. Quorum verborum de interpretatione disputaverunt *H. Müller Der lex salica Alter u. Heimath* p. 103 sqq., *Waitz Das alte Recht der Sal. Franken* p. 48, idem *Verfassungsgeschichte II.* p. 277, *Gloël in Forsch. zur Deutsch. Gesch. IV.* p. 234, *v. Richthofen Zur Lex Saxonum* p. 416. 64) *Gest. Franc. c. 5, Freher Corp. Franc. histor.* 65) *Cfr. Legg. III.* p. 630. 66) *H. Müller l. l.* et *Molhuysen* nonnulla colligunt nomina villarum istis in regionibus sitarum, quae similiter ut Angliorum nomen sonaverint, ut demonstretur talem populum ibi exstitisse. Quod ut coarguatur, argumenta allata sufficere mihi non videntur. Econtra Warnorum gentem quandam ad tempus illius terrae partem tenuisse constat.



# LEX ANGLIORUM ET WERINORUM<sup>a</sup> HOC EST THURINGORUM<sup>b. 1</sup>.

[I, 1—4.]<sup>c. 2</sup> 1. Si quis adalingum<sup>3</sup> occiderit, 600<sup>4</sup> solidos<sup>d</sup> componat<sup>e</sup>; (2.) qui liberum<sup>5</sup>

a) Vuerinorum *Heroldina* editio.

b) huius inscriptionis loco legitur *Corbeiensi in codice: LEX THURINGORUM.*

5 c) numeri uncinis circumscripti *Heroldinae* sunt editionis, quae hoc loco praebet verba: De homicidiis. Tit. I. Paragraph. I.

d) solidorum vocabulum et *Heroldina* in editione et *Corbeiensi in codice* saepe varium in modum per compendium scriptum est, quod singillatim annotandum mihi esse non puto. Itaque sol. *Corb.*, solid. *Her.* e) *Herold.* in editione ubique legitur: componat, componatur etc.

1) Praemissa legi verba nos docent, eam promulgatam fuisse, ut Thuringiae in parte ab Angliis Werinisque inhabitata, id est Engilin in pago atque Werinofeld in regione observaretur; cfr. supra p. 110—114.

2) Thuringiae legis textum ad libidinem Heroldus editionem suam comparaturus in titulos atque paragraphos divisit, singulisque ab ipso confectis titulis singulas adscripsit inscriptiones. Quod cum faceret, iisdem verbis uti solebat, quae legibus Frisionum, Saxonum, Langobardorum item immiscuit, v. supra p. 7. 106. Itaque leg. Thur. tit. I. *De homicidiis*,

leg. Sax. tit. II. (= c. 14—23): *De homicidiis*, leg. Langob. tit. IX. (i. e. ed. Roth. 12 sqq.): *De homicidiis liberorum hominum*, leg. Langob. tit. XI. (i. e. ed. Roth. 129 sqq.): *De homicidiis servorum ministerialium vel aldiorum* inscripsit. 3) Adalingorum

verbum primitivum *adal* omnium fere Germanorum est; cfr. leg. Baiuw. add. V<sup>iam</sup> I, 7: *servi principis qui dicuntur adalscalhae*, Legg. III, 460, nomina Gothorum *Athal*, *Athala*, *Athalaricus*, Förstemann *Altdeutsches Namenbuch* I. p. 137, Langobardorum: *Adalpertus*, *Adelwald*, Legg. IV. p. 660. 645, quae de Anglosaxonico eius vocabuli usu annotat Schmid *Gesetze der Angelsachsen* (ed. 2) p. 526, de Frisico v. Richthofen *Altfriesisches Wörterbuch* p. 730, de Saxonico Homeyer *Sachsenspiegel* I. (ed. 3) p. 394, supra p. 47 not. 4, de Alamannica Graff *Althochdeutscher Sprachschatz* I. p. 141 sqq., de Francico Förstemann *Altdeutsches Namenbuch* I. p. 136—160, II. p. 119—124. Sed saeculo nono, ut Thuringos omittam, solos apud Saxones atque Frisiones verus nobilitatis sensus isti vocabulo infuit, verusque floruit adalingorum ordo. Anglosaxones enim quamquam solum hominem regia de stirpe ortum *aedeling* nuncupabant, ut reliquae nationes vocabulo *aedel* generalem quandam praestantiae sententiam subdabant, cfr. Schmid l. l. p. 527. 526, Waitz *Verfassungsgeschichte* I. (ed. 2) p. 192. 367, Homeyer l. l. Ipsum autem nobilium statum cum constet in Saxonia atque Frisia toto aevo medio viguisse, liceat nonnulla afferre, quae demonstrent, idem de rebus Thuringicis esse contendendum: Willibald. v. Bonifatii §. 16: *in Thyringea . . . senatores denique plebis totiusque populi principes* *Script.* II. p. 341; *ibid.* §. 23: *seniores plebis populique principes* l. l. p. 344; Ann. Laresham. a. 786:

*rebellare conati sunt quidam comites, nonnulli etiam nobilium in partibus Austriae* *Script.* I. p. 32 (cuius *Austriae* incolae Ann. Lauriss. maior. a. 785: *orientales Franci* l. l. p. 168, Ann. Naz. cont. a. 786: *Thuringhi* l. l. p. 41, Ann. Guelferbyt. cont. a. 786: *Turingi* l. l. p. 41, Ann. Alam. contin. a. 786: *Turinci* *ibid.* dicti sunt); V. Sturm c. 12: *viros nobiles* *Script.* II. p. 370; *maiores natu . . . nobiles* Dronke *Cod. dipl. Fuld.* p. 207; *nobiliores personae* l. l. p. 38; *nobilissimi viri* l. l. p. 46. Cuius ordinis cum vestigia quaedam in Baiuaria atque Alamannia nobis adhuc occurrant (v. Maurer *Ueber das Wesen des ältesten Deutschen Adels* p. 22—32. 199, Waitz *Verfassungsgesch.* I. [ed. 2] p. 193. 215), aliaque nonnulla id verisimile reddant, conicere quidem liceat, antiquissimis temporibus eum apud Francos quoque floruisse, constat tamen, postea omnino eum illic extinctum esse, ut inde a saeculo sexto frustra eius reliquias exquiras; cfr. Waitz *Verfassungsgeschichte* I. (ed. 2) p. 272, II. p. 243, IV. p. 275, Loebell Gregor von Tours (ed. 2) p. 87—91. 392—420. Quae cum ita sint, apparet, eius populi res, cuius ius lex Thuringorum descripsit, diversissimas fuisse a Francicis atque maxime accessisse ad Saxonicas Frisicas Thuringicas. — Ceterum adalingorum vocabulum nulla in Germanica lege ante promulgatam legem Thuringorum invenias, immo ubique viri nobiles appellati sunt, quo vocabulo huius legis etiam cap. 42 usum est.

4) Lex Thuringica cum cap. 1. 48 nobilium virorum *weregeldum* esse 600 solidorum, c. 2. 46. 49 *ingenuorum* 200 solidorum iubeat, bis tamen (c. 45. 49) libero homine occiso aliam pecuniam solvendam exposcat, itaque demonstret, olim ingenui Thuringi *weregeldum* fuisse 160 solidorum maiorum vel 240 solidorum minorum (v. infra annotata), Francorum auctoritatem secuta novam atque a Thuringicis moribus alienam constitutionem videtur promulgavisse. Lex enim Salica XLI constituit, ut occisus *ingenuus Francus* 200, *is qui in truste dominica est* 600 solidis, lex Ribnar. VII. XI, ut *homo ingenuus Ripuarius* 200, *is qui in truste regia est* 600, lex Chamavorum c. 4. 3, ut *homo ingenuus* 200, *homo Francus* 600 solidis componeretur. Quae summae extra Franciam nusquam *weregeldi* loco pensari solebant, v. infra ad c. 45. 49 annotata. 5) Ingenuus homo dicitur hac in lege c. 2. 5. 9. 13. 17. 25. 41. 42:



occiderit, 200 solidos conponat. Et<sup>6</sup> de utroque si negaverit, cum 11<sup>7</sup> iuret, aut in campum exeat<sup>8</sup>: utrum ille voluerit, ad quem causa pertinet<sup>9</sup>. 3. Qui servum occiderit, 30<sup>10</sup> solidos conponat, aut, si negaverit, cum quinque<sup>a</sup> iuret<sup>11</sup>.

a) V Her.

*liber*, c. 7. 40. 45. 54: *liber homo*, similiter c. 49: *libera*, c. 46. 47. 58: *libera femina*. Neque est cur cum Usinger Forschungen zur Lex Saxonum (1867) p. 16 miremur, quod ista verba varientur, cfr. supra p. 81 not. 66. 6) Reus cum negaverit, se esse homicidam, hominis interfecti cognatis, quos Germani dixerunt Schwertmagen, ex lege Thuringica optio dabatur, utrum ille se esse insontem cum consacramentalibus suis iurando demonstrare posset, an res Dei iudicio diiudicanda esset. Quod similiter diffinierunt Liutprandi leges de a. 731. V: *si autem causa non fuerit provata, nisi tantummodo quispiam de suspecto alium de uxorem suam compellaverit, habeat licentiam ipse qui compellat aut ad pugna aut ad sacramentum ipsum hominem querere* (i. e. provocare), *qualis voluerit*, Legg. IV. p. 158, atque decretum, quod inest Ansegisi capitul. append. II. c. 34: *Si aliquis Saxo hominem comprehenderit absque furto aut absque sua propria aliqua re, dicens quod illi habeat damnum (furtive) factum, et hoc contendere voluerit in iudicio aut in campo aut ad crucem, licentiam habeat. Si vero hoc* (accusator) *noluerit, cum suis iuratoribus ipse liber homo (homicidii obnoxius) se idoneare faciat*, Legg. I. p. 324. Sed negem casu factum esse, ut utraque a me excerpta lex de crimine, quod alio modo demonstrari non potuisset, reliquis argumentis deficientibus ad Dei iudicium reum provocari permitteret; immo cum Thuringica lex tum aliae, quae huius momenti mentionem non faciant, idem posuisse mihi videantur. Ceterum multa de *campo* vel duello attulit Walter Deutsche Rechtsgeschichte (ed. 2) II. §§. 668—670; cfr. infra cap. 39. 42. 55. 56. 7) Lex Thuringica iubet reum aut solum iurare aut cum quinque aut cum undecim consacramentalibus, ut praeter unius hominis iusiurandum *plenum* tantum *sacramentum* atque *fractum* Thuringico in usu, cum haec lex scripta est, fuisse appareat. Similiter posteriora statuta Thuringica, ex quibus exempli gratia Saalfeldensia (in Walch's Beiträge zu d. Deutschen Recht I. (1771) p. 14 sqq.), Hallensia (Laband Magdeburger Rechtsquellen, 1869, p. 7 sqq., Förstmann Neue Mittheilungen I, 2, 1834, p. 78 sqq.), Erpbesfurtensia (in Walch l. l. p. 105 sqq.) dico, nusquam maiorem numerum hominum simul iurantium exposcunt, atque diploma quoddam a. 1412 edicit: *wird ein Man beschuldiget umb ein Bezicht, das soll er verrechten mit sein eigne Hand, und ein Deübe selb dritte und ein Raub selb sibende und ein Mord selb dreyzehende*, Schultes Sachsen-Coburg-Saalfeldische Landesgesch. II. (1820) 2. p. 51. Ceterum loco *sacramenti pleni*, quo vocabulo, ut Anglosaxonicas atque Dithmarsicas leges praeteream, lex Saxonum c. 17 (cfr. supra p. 56 not. 39) usa est, quam edimus lex dicit c. 2. 25. 42. 43: *cum undecim iuret*, c. 13. 8: *duodecim hominum sacramento negetur*, c. 39: *conprobet duodecim hominum sacramento*; de sacramento quinque hominum una iurantium v. infra not. 11, de singulo viro iusiurandum edente v. not. 97 ad c. 44 annotata. Haecce quidem lex omittit constituere, semperne

solis hominibus eiusdem conditionis, qua reus sit, 5 cum ipso iurare licitum fuerit, neque edicit quales cognati consacramentalium munere fungi possint. Quo adducor, ut eam priorem dicam capitulis a. 817 a Hludowico I. imperatore promulgatis *quae per se scribenda et ab omnibus observanda sunt*, c. 10: *adhibeat sibi octo coniuratores legitimos ex ea parte unde pulsatur, sive illa paterna sive materna sit, et quatuor aliunde non minus legitimos* Legg. I. p. 215. Maximam autem illam consacramentalium multitudinem simul iurare iubet lex Thuringica, si crimen, 15 de quo agatur, aut sexcentis aut ducentis aut nonaginta solidis componendum sit. Multo maiorem istorum numerum etiam postea Saxones postulasse, commemoravi p. 109, cfr. dipl. Magdeburg. §. 12. Laband Magdeburger Rechtsquellen p. 6, ius terr. 20 Dithmars. a. 1447 §. 76 in Michelsen Samml. alt-dithmarscher Rechtsquellen (1842) p. 29. 8) *in campum exeat*] cfr. c. 42. 43: *aut campo decernat*, c. 56: *campus iudicatur*, c. 55: *campo eam innocentem efficiat*, c. 39: *campo eum conprobet innocentem*, infra 25 annotata. Suo quidem iure Rössig Commentatio ad leg. Angl. et Werinor. p. 12: *non, inquit, vindictae sed purgationis causa haec pugna committitur*. 9) *ad quem causa pertinet*] i. e. cuius est tutela homicidii; qua de re edicit huius legis cap. 31: *Ad 30 quemcumque hereditas terrae pervenerit, ad illum vestis bellica, id est lorica, et ultio proximi et solutio leudis debet pertinere*; cfr. infra ad c. 26—34 annotata. 10) Verum *weregeldum* cum multis ex legibus tum ex Thuringica hominibus nobiles, 35 ingenuis, litis tantum occisis solvendum erat, servi tamen homicidium triplici mulcta minima pensata (cfr. infra) luebatur; cfr. leg. Sax. c. 17: *servus occisus 36 solidis conponatur*, leg. Ribuar. XXVIII, VIII: *si quis servum interfecerit, 36 solidis culpa-* 40 *bilis iudicetur*, leg. Sal. X, 1: *si quis servum aut cavallum vel iumentum furaverit, solidos 30 (2×15) culpabilis iudicetur*, l. Baiuw. XVIII, 2, VI, 12: *si (servum) occiderit, solvat eum domino suo cum 20 solidis*. Econtra l. Alam. Karol. VIII, l. Burg. Gund. X, 45 l. Burg. Rom. II, 6, ed. Rothar. c. 130—135, Legg. III. p. 133. 537. 538. 597, IV. p. 30. 31. constituunt ut singuli interfecti servi secundum suum quisque pretium atque dignitatem varium in modum componantur. Quod cum occidentali atque media in Frisia item 50 factum esse leg. Fris. tit. I, 11, IV, 1 demonstratur, orientali autem eiusdem terrae in regione servus suam habet compositionem, l. Fris. I, 12, quam dimidiam partem litalis *weregeldi* esse iubet l. Fris. XV, 4. Quas singulas constitutiones si contuleris, 55 concedas, idem hac in re fuisse ius Saxonum Ribuariorumque Francorum, ad hoc vero proxime accessisse ius Thuringicum. 11) Sex viros una iurantes exposcit haec lex c. 3. 4. 53: *cum quinque iuret*, c. 23: *cum sex iuret*, c. 6. 7. 9: *sex hominum* 60 *sacramento negetur*, ubicumque aut 50 (c. 23), aut 30 (c. 3. 4. 6. 7. 9—11), aut 10 solidi (c. 5—7. 9—11. 53) solvendi fuerunt, i. e. ubicumque pecunia pensanda minor 90 solidis (cfr. supra not. 7)



[II, 1. 2.]<sup>a.12</sup> 4. Qui<sup>13</sup> adalingum ictu<sup>14</sup> percusserit, 30 solidos componat, aut, si negaverit<sup>b</sup>, cum 5 iuret<sup>15</sup>; (5.) qui liberum, 10<sup>16</sup> solidos componat, aut cum quinque<sup>c</sup> iuret.

[III, 1. 2.]<sup>d.17</sup> 6. Sanguinis effusio adalingi 30 solidis componatur, aut cum sex<sup>e</sup> hominum sacramento negetur; (7.) liberi hominis 10 solidis, aut sex<sup>f</sup> hominum sacramento<sup>5</sup> negetur.

a) De Ictu lēsis. Tit. II. Her. e) VI Corb.

b) si negaverit *desunt* Her.

c) V Corb.

d) De Vulneribus. Tit. III. Her.

fuit. Iam supra dictum est, hanc legem, si cap. 44 constitutionem omittimus, aut 12 aut 6 consacramentales exposcere, posteriores Thuringicas praeterea iusiurandum tertia manu editum commemorare. Cuius rei concordia aut dissensus inter singulas leges Germanicas cum permagni momenti esse mihi videatur ad cognoscendam singularum nationum consanguinitatem atque similitudinem, liceat paulo accuratius eas perlustrare. Nulla enim quamquam exstat lex coeva, quacum Thuringica omnino concordet, adeo tamen leges Langobardorum et Saxonum ad eam accedunt, ut idem edicant, quod recentius ius Thuringicum iussit, v. supra p. 48 not. 6 et Legg. IV. p. 673 s. v. *iurator*. Lex quidem Salica atque Chamavica rarius hac de re disputant, quam quod permissum sit eas conferre, imprimis autem iusiurandum *sua duodecima manu* ibi laudatur, cfr. Waitz Das alte Recht der Sal. Franken p. 171 sqq., quod de lege Burgundionum (Gundebad. LH, 4. VIII, 1) paene similiter dicendum est. Leges porro Alamannorum atque Baiuvariorum cum praeter numerum 1, 3, 6, 12 hominum simul iurantium interdum etiam 24 exposcant (cfr. leg. Alam. lib. II. c. 92, l. Alam. Karol. VI, pact. II. leg. Alam. c. 39, Legg. III. p. 78. 131. 36; leg. Baiuw. I, 3. 6, Legg. III. p. 271. 273), etiam insuper Ribuarum lex praescribit, ut praeter 6 (tit. II—V etc.) et 12 (tit. VI—X) etiam 36 (tit. XIV, 1; XVIII, 2 etc.) atque 72 (XI, 2; XII, 1 etc.) adiutores iurisiurandi existant. Quibus longe maiorem varietatem prae se fert Frisionum lex, quae 1, 2, 3, 5, 7, 11, 17, 23, 35, 48 homines iuxta qualitatem facti iurare velit, v. Legg. III. p. 705 s. v. *iurare*; cfr. Siegel Gesch. d. Deutsch. Gerichtsverfahrens I. Tabelle. Neque sola hac in re Saxonum, Langobardorum, Thuringorum iura ceteris multo maiorem affinitatem profitentur. Cfr. Siegel l. l. p. 264. 265, Schröder Ehel. Güterrecht I. p. 77, v. Hammerstein Der Barden-gau p. 59—65. 12) De Heroldini tituli secundi inscriptione cfr. v. Richthofen Zur Lex Saxon. p. 52. 53, supra p. 7, Müller Observationes ad veterem legem Saxonum p. 5. 13. 13) Rössig Commentatio ad leg. Angl. et Wer. p. 14 lepide annotavit: *incipiunt sancito homicidio, a laesionibus minoribus ad graviora pergentes*. Itaque quodammodo perturbatus est ordo concinnus Saxonicae Ribuarumque legis, cuius expositio inest libro parentis mei Zur Lex Saxonum p. 371 sqq., cfr. supra p. 33. Sin vero Thuringicae legis capitula 1—4 post cap. 25 scripturus esses, eundem paene omnino restitutum invenires. Quam ob causam Thuringicam quoque legem ut Saxonica ad exemplar Ribuarum compositam esse contendam. 14) Lex Thuringorum cum principaliter c. 4—7 plagas non discerneret, nisi prout sanguinis effusio eas sequeretur, ad communes iuris aequalis regulas, quas una lex

Saxonum omisit, eam praecepta edidisse, fusius p. 47 not. 3 expositum est. Quamquam miramur, quod ista sola utrumque vulnus eadem pecunia lui iussit; quod demonstrare videtur, hanc legem non secundum consuetudinarium ius Thuringicum sed ad formam scriptarum legum compositam esse. Ceterum biceps illa disiunctio generalibus quoque capitularibus, ex quibus dicam licet Hludow. cap. a. 817 c. 2, Legg. I. p. 210, proclamata etiam multo postea in regionibus Thuringicis atque Thuringiae affinis in usu fuit; cfr. ius municipale Leutenberg. art. 20: *Wer den andern beschuldiget eyner wunden ader wirdet beschuldiget, dy da is geschehen mit eynem waffn, der sal dauor gerechten selb sibend; ist sie nit zcugkbar, so rechtet man davor selb dritte*, Michelsen Rechtsdenkmale aus Thüringen (1863) p. 428; statut. Saalfeld. saec. XIII, art. XVIII. XIX. XXI: *Wer den andren blutrunstig macht ane wafn . . . Wer den andren wundet einre czucbern wunden di mit boten besaczt wirt, = Wer da beschuldiget wirt einer wunden, di da ist geschehen mit eine wafene, der sal da vor gerichte selbe sibende* Walchs vermischte Beiträge I. (1771) p. 18. 19; Raitenbuch. Ehhaftsordnung, Grimm Weisthümer III. p. 630; Oberampferbach. Maiengericht: *Item ein truckner streich III pfund, halb dem richter und halb dem kleger. Aber eine fliessende wunden (flusswunden) oder baynschrottig, die soll frevel geben nach erkantnuss der oberkeyt*, l. l. p. 616; statut. Wormal. Burchard. c. 27: *si quis in civitate aliquem percusserit ita ut ad terram (sanguis) decidat, ad bannum episcopi 60 solidos componat; si autem cum pugno aut aliquo levi flagello, quod bluathram vocant, aliquem percusserit et non deciderit, 5 solidos tantum componat*, ed. Gengler p. 30; etc. 15) Gaupp Miscellen des Deutschen Rechts p. 110, et Das alte Gesetz der Thüringer p. 309. 310, cum quaerat, idemne fuerit postulatus consacramentalium numerus, cum malefactor fuerit vel adalingus vel homo liber, coniiicit, legem hac in re ad ingenuos tantum respicere. Quod quamvis certe definire vix audeam, verisimilius tamen id habeo, quod caute lex sceleratorum conditionem dicere omiserit, eandemque multitudinem ubique poposcerit. 16) Minima mulcta, qua multiplicata omnibus in legibus aequalibus pleraque vulnera componuntur, ex lege Thuringorum est 10 solidorum, cfr. c. 53: *quicquid homo alteri fecerit, quod iniustum factum dicatur, 10 solidis componat*. Quae cum nobis c. 5. 7. 11. 42. 53 simplex, atque adalingorum ratione habita c. 4. 6. 11. 42. (53) triplex occurral, ter sumpta criminibus c. 9. 10. 22 commissis ideoque eadem de causa iterum triplicata secundum c. 8. 10. 22 solvebatur. Ceterae autem ex hac lege componendae pecuniae weregeldi partibus effectae sunt; cfr. not. 19. 17) Cfr. supra p. 7.



[IV.]<sup>a.17</sup> 8. Os<sup>18</sup> fractum adalingo 90 solidis<sup>19</sup> componatur, aut duodecim<sup>b</sup> hominum sacramento negetur; [V.]<sup>c.17</sup> (9.) libero 30 solidis componatur, aut sex<sup>d</sup> hominum sacramento negetur. [VI, 1.]<sup>e.17</sup> 10. Corpus transpunctum similiter.

[VI, 2—13.] 11. Coxa vel brachium transpunctum<sup>20</sup>, ut sanguinis effusio.

12. Oculus<sup>21</sup> unus vel ambo excussi adalingo 300 solidis componantur, (13.) libero<sup>5</sup> 100 solidis; aut, si negat, 12 hominum sacramento negetur. 14. Nasus abscisus<sup>f</sup> similiter; auris similiter; lingua similiter; (15) manus<sup>22</sup> vel pes abscisus<sup>f</sup> similiter: aut si manca<sup>23</sup> pependerit, medietas componatur.

16. Qui adalingo unum vel ambos testiculos excusserit, 300 solidos componat; (17.) si libero, 100 solidos componat: vel iuret ut superius<sup>24</sup>. 18. Si vectem<sup>25</sup>, similiter. 10

19. Qui pollicem<sup>g</sup> absciderit, 33 solidos et tremissem<sup>26</sup> componat<sup>27</sup>; (20.) si indicem

a) De Fractura ossium. Tit. III. Paragraph. I. Her. b) XII Her. c) De ossis fractura in Libero. Tit. V. Paragraph. I. Her. d) VI Her. e) De Transpunctione et membris læsis. Tit. VI. Her. f) abscissus Her. g) pollicem Corb.

18) Cum hoc in 9 capitulo tum alias ossis voci calvae sensum subiectum esse, supra p. 48 not. 7 annotatum est. Quod etsi verisimile habeo, praeterire tamen nolim, communem quoque sententiam saepissime eidem vocabulo inesse, cuius rei exemplum est ed. Rothar. c. 47: *si quis alium plagaverit in caput, ut ossa rumpantur, pro uno osso componat solidos 12; si duo fuerint, componat solidos 24; si tres ossas fuerint, componat solidos 36* Legg. IV. p. 21. 305.

19) Quae mulctae ex hac lege effuso sanguine, transpuncto vel corpore vel brachio vel coxa, fracto osse componendae sunt, cum minima mulcta multiplicanda effectae, omnibus vero similibus in casibus Saxonica ex lege weregeldi partes solvendae sint, in mentem revocare id supervacaneum non habeo, quod antiquissimi iuris Germanici criminalis historia hunc compositionum modum ubique illo submotum esse nos docet. Quamvis igitur hac in re Thuringica lex Ribuariae similior sit quam Saxonicae, non est, cur hinc maiorem nationum affinitatem colligamus. 20) *Corpus transpunctum, coxa vel brachium transpunctum*] Lex Ribuarica cum tit. IV generaliter tantum constituat: *si quis ingenuus alterum transpuncxerit*, Saxonica autem tria ista eadem membra similiter enumeret c. 5: *si corpus vel coxam vel brachium perforaverit*, ad cognoscendum Thuringicae legis conceptae tempus non minimi momenti id existimo. De ipsis quidem laesionibus conferas, quae supra p. 49 not. 9 annotata sunt. 21) *Oculus unus vel ambo excussi*] Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 330, idem Lex Francorum Chamavorum (1855) p. 69, Davoud-Oghlou Histoire de la législation des anciens Germains II. (1845) p. 196 arbitrati sunt, Thuringicam legem edicturam fuisse, ut unus oculus excussus dimidio laesi hominis weregeldo componeretur, atque duo oculi simul excussi eadem pecunia solverentur, *wobei*, ut Gauppianis verbis utar, *eines wie beide, beide wie eines gerechnet werden, indem, wie es scheint, von der Ansicht ausgegangen wird, dass der Verlust des einen auch dem andern seine beste Kraft entziehe*. Equidem credere omnino non possum, antiquos Thuringos adeo miris vanisque rationibus ductos fuisse. Adde quod singulare eorum fuisset ius, si isti legis laudata verba recte intellexissent; omnes enim aequales leges, quod supra p. 50 not. 20 annotatum est, similiter unum oculum deperditum dimidio, ambos toto weregeldo componendos esse iusserunt. Idque revera com-

mune regni Francorum ius fuisse, insuper capitulare Ticinense a. 801 c. 5 demonstrat, quod Langobardis solis id adhuc decernendum esse duceret: *si quis alterum praesumptive sua sponte castraverit et ei ambos testiculos amputaverit, integrum widrigildum suum iuxta conditionem personae componat; si virgam absciderit, similiter; si unum testiculum, medietatem solvat; hoc de oculis, manibus et pedibus, vel de lingua sancimus, ut si unum eorum abscisum fuerit, medietas widrigildi, si ambo, integritas pro facti emendatione componatur* Legg. I. p. 84, IV. p. 502. Quae cum ita sint, facere non possum, quin coniciam, Thuringicae legis auctorem male dixisse, quod constituturus fuerit, atque praeceptum cum reliquis legibus concinnum editurum fuisse. Ceterum laudati capitularis verba casu cum iis, quibus leges Thuringorum Saxonumque usae sint, consonare, vix opiner. Immo haec similitudo tempus utriusque legis aequale demonstrat. 22) Quae paullo antea de oculis excussis annotavi, eadem de manibus, pedibus testiculisque abscisis dicta esse velim. 23) De membrorum mancorum mulctis cfr. p. 51 not. 24. 24) *superius*] i. e. c. 13: *si negat, 12 hominum sacramento negetur*. 25) Vectis vocabulo veretri masculini sensum hic subesse, annotat Ducange ed. Henschel VI. p. 752. 26) Praeter solidum unoquoque fere in capitulo nobis occurrentem nullum nummum lex Thuringorum nisi tremissem commemorat, ut denarius Francorum moneta principalis in usu fuisse non videatur. Tremissis argenteus vero, etsi in Saxonia modo dimidiam modo tertiam, in regionibus quibusdam Frisicis duas quintas partes solidi amplectebatur, ubique idem erat atque quatuor denariis aequabatur, ut solidorum magnitudo varia esset, cfr. Legg. III. p. 650, V. p. 11; Müller Deutsche Münzgeschichte bis zur Ottonenzeit (1860) p. 250; v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 27—45. 358—370. In Thuringia vero cum huius legis cap. 49 amplius duos tremisses solidum effecisse demonstrat, non est dubium, quin trium tremissium solidus, quem Saxonica lex maiorem dixerit, ubique putandus sit, quocum perbene fragmentum illud supra p. 108 not. 12 excerptum convenit. Ceterum ineunte saeculo octavo aurum quoque pecuniae locum in Thuringia obtinuisse, demonstrat Hedeni ducis diploma a. 704: *inferat tibi una cum cogente fisco auri libras 5, argenti pondo 15*, Bréquigny diplomata ad res Gallo-Francicas spectantia, ed. Pardessus (1843) II. p. 263. 27) Quo de obscuro



et impudicum<sup>a.28</sup>, similiter; (21.) si medicum et minimum, similiter.

22.<sup>b</sup> Articulus<sup>29</sup> pedis abscissus<sup>c</sup> ut os fractum componatur<sup>d</sup>.

23. Wlitiwam<sup>e.30</sup> 50 solidis<sup>31</sup> componatur<sup>f</sup>; vel cum sex<sup>g</sup> iuret.

24. Qui alium<sup>32</sup> percusserit, ut surdus fiat, adalingo 300 solidos<sup>h</sup> componat<sup>i</sup>; (25.)  
libero 100 solidos<sup>k</sup> componat, vel cum 11 iuret.

[VII, 1—8.]<sup>33</sup> De alodibus<sup>l.34</sup>. 26.<sup>m.35</sup> Hereditatem<sup>n</sup> defuncti filius non<sup>o</sup> filia susci-

a) impudicum Her. b) Merkel *Lex Saxonum* p. 22 adnotat: „der §. 22 steht im Corv. Msc. ganz auf radirtem Grunde“; sed qui totum codicem conscripsit, idem librarius rasum in locum cap. 22 scripsit. c) abscissus Her. d) comp. Her.

e) Vulitiuam Her.; Vultivam Corb. f) componant Her. g) VI Corb. h) solid. Corb., Her. i) cōpon. Her.

10 k) solid. Her; sol. Corb. l) haec Heroldiani tituli VII inscriptio Corbeiensis codicis in pag. 19 unam implet lineam, secundum quem exarata nonnulla verba sunt Legg. IV. tab. 6. m) in editione Heroldiana totius capituli 26 verba initialibus litteris scripta sunt. n) haereditatem Her. o) non legitur in cod. Corb. et in ed. Herold.

dicendi genere paullo antea not. 21 disserui, eiusdem novum quoddam exemplum afferunt capitula 19—21.  
15 Sola enim verba si quis inspecturus esset, opinaretur, ni fallor, ea de adalingis agere, neque sciret, utrum unusquisque digitus eadem 33 $\frac{1}{3}$  solidorum mulcta componendus, an solus pollex ceterorumque digitorum par similiter taxandus esset. Cum vero  
20 subsequens capitulum 22 edicat: *articulus pedis abscissus ut os fractum componatur*, i. e. *adalingo 90 solidis, libero 30 solidis* (c. 8. 9), atque omnibus aequalibus in legibus manus digiti pluris quam pedis aestimentur (cfr. leg. Sax. c. 13 supra p. 52 cum  
25 notis 25. 26), dubium non est, quin laudata legis Thuringicae capitula de laesis ingenuis verba factura fuerint, quod item Gaupp *Das alte Gesetz der Thüringer* p. 333 contendit. Qui cum l. l. annotet, ex cap. 22 omnes pedis articulos aequaliter componi  
30 iussos esse, demonstravisse mihi videtur, idem de digitis esse proponendum. Mulcta vero singulorum digitorum si fuit 33 $\frac{1}{3}$  solidorum, omnes una abscisi 166 $\frac{2}{3}$  solidis luendi fuerunt, quanti pristinum liberorum Thuringorum weremeldum auctum praemio vel  
35 *bute* fuisse, eorum legis cap. 49 ostendit, v. infra ad c. 49 not. 12. Itaque coniiciamus, cum weremeldum maius redditum sit, nondum simul digitorum compositionem commutatam esse. Ceterum conferenda est tabula, quam confecit Wilda *Strafrecht der Germanen*  
40 p. 768. 28) Quem medianum digitum nostrates dicunt, ei iam Martialis epigramm. l. VI. ep. 70 v. 5 impudici, quem annularem, ei auctor ad Herenn. III, 20, Plin. hist. natural. XXX, 12, Macrob. sat. VII, 13 medici nomen subiunxerunt, quod attulit Gaupp *Das alte Gesetz der Thüringer* p. 334. 335. 29) *ut os fractum componatur* i. e. *adalingo 90 solidis componatur, libero 30 solidis* (c. 8. 9). Thuringica igitur lex cum tripliciter vel novies sumpta minima mulcta quemque pedis digitum componi iuberet, singulari  
50 quodam iure usa est, quod similes ceteris ex legibus supra p. 52 not. 26 excerptae constitutiones plane ostendunt. 30) *Wlitiwam* vocabulum ex verbis *wam* (vitium, macula) atque *wlīte* (splendor, vultus, facies) compositum esse, atque *deformitatem*  
55 *faciei* vulneribus prolatam dicere, pater meus Legg. III. p. 685 not. 59 fusius demonstravit; cfr. supra p. 49 not. 8, Grimm *Rechtsalterthümer* p. 630, Wilda *Strafrecht der Germanen* p. 746. Quod cum in sermonibus Thuringorum, Saxonum, Anglosaxonum  
60 Frisionumque cum antiquorum tum posteriorum nobis occurrat, harum nationum maximam fuisse affinitatem non temere colligamus; cfr. Grimm *Geschichte der Deutschen Sprache* II. p. 606. 31) Hoc

quoque capitulum statuere omisit, utrum 50 solidorum poena homine libero laeso solvenda esset an adalingo. Equidem cum Davoud - Oghlou *Histoire de la législation des anciens Germains* (1845) II. p. 197 malim ei sensum subiungere: *wlitiwam adalingo 50 solidis, libero 16 solidis et duobus tremmissibus componatur*, ut duodecima weremeldi pars componenda fuerit. Cui opinioni ni accederemus, paene necesse esset cum Gaupp *Das alte Gesetz der Thüringer* p. 335 coniicere, librarii mendam Corbeiensi codici et Heroldinae editioni inesse; ceterae enim leges supra p. 49 not. 8 laudatae minorem mulctam similiter praescribunt. 32) Mirari liceat, quod capitula 24. 25 solam constitutionem capituli 14: *auris similiter* etsi fusius atque accuratius repetunt, ut haec omnino superesse videatur. Quae si nobiscum animo volutaverimus atque supra p. 116, p. 122 not. 21 et 27 annotata in memoriam revocaverimus, Thuringicae legis auctorem tanta negligentia usum esse negare nequimus, ut statutorum a sapientibus viris Karolo Magno iubente interrogatis relatorum rudes indigestaque moles, ut ita dicam, intercedente nulla deliberatione statim publici iuris facta, ad artem vero vix composita esse videatur. Omittitur enim discrepantia, quam prae se ferunt e. gr. l. Alam. Hloth. LX, 1. 2: *si quis aliquis aurem alterius absciderit, et non exsurdaverit, 12 solidos componat; si autem sic absciderit a profundo et eum exsurdaverit, 40 solidos componat*, Legg. III. p. 65, lex Ribuvar. V, 1: *si quis ingenuus ingenio auriculam excusserit, ut audire non possit, centum solidis culpabilis iudicetur; si autem auditum non perdiderit, quinquaginta solidos componat*, l. Baiuw. IV, 14, al. 33) Supra p. 106. 107 exposui, Corbeiensi in codice capitula 26—61 antecedere prioribus, neque esse, cur coniungendae hae partes duae dirimantur. Cui opinioni contrariam proposuit Merkel *Lex Anglorum et Werinorum h. e. Thuringorum* p. 4. 5: *dass das thüringische Volksrecht aus verschiedenen Bestandtheilen, welche der Cod. Corb. noch ausscheidet, zusammengesetzt, zuletzt aber und, wie es scheint, ohne Uebearbeitung in einem Gesetzbuch vereinigt worden ist*. Quin etiam sunt, qui miro errore ducti quam secundam (vel tertiam) ducunt Thuringicae legis partem, cap. 26—61 legem Francorum dicunt, quia uno in codice Corbeiensi legis Saxonicae textui vox *lex Francorum* iniecta est; cfr. supra p. 10. 31. 34) Alodis vocabuli de origine cum neque priorum virorum doctorum sententiae a Wachter *Gloss. Germ. s. v. allodium* collectae probandae sint neque Phillips *Grundsätze des Deutschen Privatrechts* I. §. 56 vel



piat<sup>36</sup>. (27.) Si<sup>37</sup> filium non<sup>a, 38</sup> habuit, qui defunctus est, ad filiam pecunia et mancipia<sup>39</sup>,

a) non deest Corb.

Müllenhof in Waitz Das alte Recht der Sal. Franken p. 278 demonstrare potuerint, aliena ex lingua id in Germanicam inductum esse, liceat cum I. Grimm Rechtsalterthümer p. 493 contendere, compositum esse verbum ex *al* (totus, integer) et *ôd* (bonum) atque significare *al-eigen, mere proprium, durchschlechtig eigen*; cfr. Grimm I. l. p. 950. Ceterum idem nos docet, grammatices regulas ostendere, Francorum ex sermone alodis vocem alias ad nationes Germanicas translata esse; cfr. supra p. 110, Eichhorn Deutsche Rechtsgesch. I. §. 57. p. 327. Quod quamvis infitari nolim, exempla tamen nonnulla partim afferam partim allata laudem, quae demonstrent, communem paene eius usum redditum esse. Sicut enim magnum documentorum numerum ex Alamannia atque Baiuaria Merkel ad leg. Baiuw. II, 1; XII, 8: *hucusque antecessores mei tenuerunt et in alodem mihi reliquerunt*, et ad leg. Alam. Lantfrid. LIII, 1: *in auro aut in argento aut in mancipio aut quaecumque habuit alodo*, Legg. III. p. 312 not. 46, p. 104 not. 18, nonnulla ex regionibus a Wisigothis incultis I. Grimm I. l. p. 951 annotavit, ita Langobardorum in recentiore lingua vocem antea apud eos inauditam illatam fuisse argumento est gloss. lib. Pap. Lothar. 64: *proprium id est allodium*, Legg. IV. p. 550 (nullum quidem exemplum dico lib. Pap. Karol. 5 ibid. p. 485), in Saxoniam Ann. Lauriss. a. 777: *multitudo Saxonum secundum morem illorum omnem ingenuitatem et alodem manibus dulgtum fecerunt* (var.: *hereditatem = ingenuitatem et omnem proprietatem suam*, Ann. Fuld. a. 777. Script. I. p. 349), Script. I. p. 158, in Thuringiam, ut eorum legem omittam, Weisthum von Monre a. 1264: *in Schonresteden quandam curiam sive allodium, quod in illorum ydiomate dicitur eyn forwerk*, Grimm Weisthümer III. p. 618, ibid.: *sunt praeterea in Monre ad allodium quattuor gebunden et novem agri*, I. l. p. 619, ibid.: *de allodio nostro in Schonresteden*, I. l. p. 620 (= *eyne frie hufe*, I. l. p. 623). Sensus quidem ipsi voci subiectus allatisque exemplis quodammodo fortasse enucleatus valde dubius est. Fuerunt enim qui omnia defunctorum hominum bona eam complecti contenderent; inter quos Eichhorn Deutsche Rechtsgesch. I. (ed. 5) §. 57 p. 326 ex hoc Thuringicae legis capitulo similibusque constitutionibus id colligere iussit; sed inscriptionem *de alodibus*, quae similiter legis Salicae titulo LIX et leg. Ribuar. tit. LVI praemissa est, ad totam capitulorum seriem, quae ei singulae legum editiones subiunxerunt, attinere nequaquam constat; immo ad unumquodque subsequens solum praeceptum eiusque principalem sententiam, quae est de terris hereditariis, eam addicam. Neque aliis ex certis rationibus generalis ista verbi significatio demonstrari potuit. Quae cum ita sint, cum Walter Deutsche Rechtsgeschichte II. (ed. 2. 1857) §. 520, Waitz Das Recht der Sal. Franken p. 119 sqq. et Verfassungsgesch. II. p. 193, IV. p. 154, aliis censeo, alodem terram solam dicere. Sed inter hos ipsos, quos dixi, viros doctissimos alia quaedam exstat controversia. Walter enim cum proponat: *ein solches freieignes Besitzthum wurde Allode genannt,*

nullo iure alieno circumscriptum fuisse alodis possessori huius terrae dominium censet; econtra dicit Waitz I. l.: *regelmässig hat alodis zur Bezeichnung besonders des Landes gedient, das durch Erbfolge von den Vorfahren her auf den jetzigen Besitzer gekommen ist*. Mihi quidem toties alodis expressis verbis res propria dicta atque toties beneficiis opposita fuisse videtur, ut has notiones contrarias existimem. Quamquam igitur concedam oportet, saepissime terram aviaticam inprimis apud Francos sub ista voce esse intellegendam, id nullam ob causam factum esse arbitror, nisi quia maxima terrarum libere possessarum pars per multas generationes eadem in familia remanebat, earumque alienatio difficilis erat. Quod ut illustrem, haecce liceat afferre exempla: capit. ad Niumagum a. 806. c. 7: *aliqui reddunt beneficium nostrum ad alios homines in proprietatem, et in ipso placito pretio comparant ipsas res iterum in alode sibi: qui hoc faciunt, non bene custodiunt fidem, quam nobis promissam habent*, Legg. I. p. 144; conv. in villa Sparnaco a. 846. c. 20: *quod ad rem publicam pertinuit, aut praereptione in beneficiario iure aut in alode adsumptum habetur*, I. l. p. 389; Karol. II. capit. a. 856. missat., I. l. p. 449; conv. Confluent. a. 860. adnunt. c. 5: *alodes illorum de hereditate et de conquisitu, quod tamen de donatione sua non venit, et illos alodes quos de donatione imperatoris habuerunt*, I. l. p. 474; *beneficiastis nobis ipsum alodem*, Vaissette Histoire de Languedoc (1730) I, 2. p. 55; *comis placito habito divestivit illum de proprio alode propter crimen incesti...; reclamavit se ille, quod iniusto iudicio propriis rebus caruisset; ... missi iudicaverunt, quod pro tali incesto non debuisset proprias res perdere, et redderunt ei predictas res in proprio*, Bibliothèque de l'école des chartes 3. série II. p. 525. Cfr. Merkel in Legg. III. p. 282 not. 98, Homeyer Ueber die Heimath nach Altdeutschem Recht (1852) p. 35 sqq. 35) Antiquissimum Thuringicum ius hereditarium ab intestato cum c. 26—34 potius referant quam discernant, constituere omittunt, ne testamenta conscribantur neve bona mortis causa alienentur (cfr. cap. 54). Quod cum saeculo nono apud Francos aliasque nationes, inter quas Romani habitabant, concessum iam esset, Thuringos priores Germanorum mores diutius retinuisse, recentiores libri demonstrant. Ceterum ipsarum, quae hac de re sunt, constitutionum series tres in particulas divisa est, quarum prima (cap. 26—31) de legitima successione in bona viri defuncti, secunda (cap. 32. 33) de successione in bona mulierum, tertia (cap. 34) de utraque est. Quem tractandi rem modum rusticitas tantum legislatoris, nulla iuris diversitas effecisse videtur. Sola enim, quae exstat differentia, paene re ipsa oriebatur: neque mulieres relinquere solebant *vestem bellicam* neque viri *ornamenta muliebria*. Sin vero in Thuringia aut vir aut femina vita decesserat, primo fiebat quod statut. Goslar. I, 4, 5 ita praescribunt: *60 is arer eneme dat gherade oder herwede anirstorven, das nimt de tovoren*, secundum regulam Speculi Saxonici III, 15. §. 4: *sve so herwede vorderet, die sal al ut von sverd halven dar to geboren sin; sve*



terra vero ad proximum paternae generationis consanguineum<sup>40</sup> pertineat. (28.) Si autem

so rade vorderet, die sal ut von wif halven dar to  
geboren sin. Dein, siquidem homo defunctus liberos  
utriusque sexus habuerat, soli filii omnem eius here-  
5 ditatem (c. 26) i. e. terram, mancipia, pecuniam (c. 32)  
suscipiebant, filiae exheredes erant; porro si filium  
non habuit qui (vir feminae) defunctus est, eius  
bona duas in partes dirimebantur, ut res immobiles  
proximus paternae generationis (cfr. infra not. 40) con-  
10 sanguineus (c. 27—30. 33), mobiles proxima cognata,  
sive filia (c. 27), sive soror (c. 28. 33), sive mater  
(c. 29) acciperet (adde: nisi viri propinquiore affini-  
tate cum defuncto homine coniuncti superstites  
erant); sin tandem nec filiam nec sororem aut ma-  
15 trem dimisit superstites (c. 30), qui rerum immobi-  
lium, idem mobilium heres existebat (c. 30); cum  
vero proximus agnatus longinquoere quinque gene-  
rationibus consanguinitate mortuum hominem atti-  
gisset, virilis stirps muliebri anteponi desiit, agna-  
20 torumque loco cognati succedebant (c. 34). Quem  
succedendi ordinem perbene stemma gentile a Kraut  
Grundriss zu Vorlesungen über das Deutsche Privat-  
recht (ed. 4) §. 170 p. 323 conceptum illustrat.  
Cfr. Majer Germaniens Urverfassung p. 78, Paulsen  
25 De antiqui populorum iuris hereditarii nexu cum  
eorum statu civili (Hafniae 1822) p. 54 sqq., Gaupp  
Das alte Gesetz der Thüringer (1834) p. 339—359.  
36) Quod Thuringica lex expresse statuit, ut de-  
functorum hominum filii sorores suas ab hereditate  
30 omnium bonorum excluderent (c. 26. 30), idem anti-  
quissimum ius Saxonum, Langobardorum, Alaman-  
norum, Baiuvariorum, Burgundionum fuisse videtur,  
etsi partim similes constitutiones de successione  
tantum in praedia edunt, cfr. l. Sax. c. 41 (cum iis,  
35 quae supra p. 71 not. 8. 9 allata sunt), lib. Pap.  
Roth. 153 tractat. §. 4: quodsi filium vel filios et  
filiam vel filias reliquerit, filii tantum succedant,  
Legg. IV. p. 318, cet. Fortasse idem de paternis  
saltem bonis hereditariis custodiri voluit l. Cham.  
40 XLII: si quis Francus homo habuerit filios duos,  
hereditatem suam de sylva et de terra eis dimittat,  
et de mancipiis, et de peculio; de materna heredi-  
tate similiter in filiam veniat. Econtra Francorum  
Salicorum Ribuariorumque leges edixerunt, ne um-  
45 quam de terra ulla in muliere hereditas esset (quod  
praeceptum postea de praediis tantum avertis valuit),  
ut cetera autem bona inter liberos utriusque sexus  
aequaliter dividerentur. Cfr. Walter Deutsche Rechts-  
gesch. II. (ed. 2) §§. 578—583, Schröder Gesch.  
50 des ehel. Güterrechts I. (1863) p. 113—119, Waitz  
Verfassungsgesch. I. (ed. 2) p. 59 sq. Itaque hac  
quoque in re, quam magni momenti habeo, Thu-  
ringica lex a Francicis magis recessit quam a ceteris.  
37) Capitulum hoc 27 cum praeciperet, ut defuncti  
55 hominis, qui nullos filios sed solas filias superstites  
reliquisset, bona in duas portiones dividerentur,  
hisque praeter terram hereditariam omnia, ista  
autem proximo paternae generationis consanguineo  
addicerentur, magis accessit ad Francicum ius, quale  
60 post medium saeculum sextum valuit, quod illud  
hoc tempore recentius esse verisimile reddit. Cfr.  
edict. Hilperichi c. a. 574. c. 3: placuit, ut ... si  
subito filios defuncti fuerint, filia simili modo acci-  
piant terras ipsas, sicut et filii, si vivi fuissent aut

habuissent, Merkel Lex Salica p. 37, leg. Sal. LIX.  
nov. 167: de terra vero salica in muliere nulla per-  
tinet portio, sed qui fratres fuerint, et ad virile sexu  
tota terra pertineat, l. l. p. 72, l. Ribuar. LVI, 4:  
cum virilis sexus extiterit, femina in hereditatem  
aviaticam non succedat. Ceterorum Germanorum  
leges coevae feminino sexui multo magis faverunt;  
cfr. l. Sax. c. 44: qui defunctus non filios sed filias  
reliquerit, ad eas omnis hereditas pertineat, l. Liut-  
prand. c. 1: si quis Langobardus sine filiis mascu-  
linis legitimis mortuos fuerit, et filias dereliquerit,  
ipsae ei in omnem hereditatem patris vel matris suae,  
tamquam filii legitimi masculini, heredis succedant,  
Legg. IV. p. 108, l. Burg. Gundebad. XIV, 1, Legg. III.  
p. 538, l. Alam. Hlothar. LVII: si autem duas  
sorores absque fratre relictas post mortem patris  
fuerint, et ad ipsas hereditas paternica contingat,  
l. l. p. 64. Similiter posterius ius Thuringicum a  
Saxonico discessit; cfr. dipl. Hallens. a. 1235  
§§. 20—23: si aliquis moriens bona dimiserit, si  
pueros habuerit sibi pares in nacione, bona ipsius  
ad pueros spectabunt; si pueros vero non habuerit,  
proximus ex parte gladii bona ipsius possidebit.  
Idem iudicium habetur de Herwete. Idem iudicium  
habetur de Rade in feminino sexu, Laband Magdeburger  
Rechtsquellen (1869) p. 10; Sachsenspiegel I, 17 §. 1:  
stirft die man ane kint, sin vader nimt sin erve; ne  
hevet he des vader nicht, it nimt sin muder mit  
mereme rechte, dan sin bruder; ... it ne si dat dar  
nen sone ne si, so nimt it de dochter. Qua in re  
ius pagi Nordswewege mirae varietatis est, priores-  
que consuetudines diu retinuisse videtur; cfr. gloss.  
Spec. Saxon. I, 17 §. 2: de het men swauee; suste  
wat in den alten boken steit, dat de wif ervelos sint,  
dat meinet he io in desseme slechte, wen hir inne  
sint se ervelos u. anders nergen, Homeyer Sachsen-  
spiegel I. (ed. 3) p. 173. 38) Corbeiensis codicis  
lectio quamvis, si verba qui defunctus est ad filium  
referamus, sensu non careat, deteriorem tamen duco  
Heroldina. 39) Quod Waitz Verfassungsgesch. II.  
p. 156 annotat, Fuldensibus in traditionibus colonos  
tantum serviles servos, ceteros servos mancipia dici,  
idem hac de lege contendere potuit; cfr. divis. imp.  
a. 806. c. 11: venditionem rerum immobilium, hoc  
est terrarum, vinearum atque sylvarum servorumque,  
qui iam casati sunt, sive caeterarum rerum, quae  
hereditatis nomine censentur; excepto auro ... nec  
non et mancipiis non casatis, Legg. I. p. 142, leg.  
Saxon. c. 62. Ceterum pecuniae mancipiorumque  
verba, quorum loco lex Chamavorum 42 mancipia  
peculiumque affert, omnia bona mobilia, quae Ger-  
mani scherpha nominabant (v. Schröder Gesch. des  
ehel. Güterrechts I. p. 117 not. 5, Bluhme in Legg. IV.  
p. 677 s. v. scerfa) amplecti censeo. Cfr. Griesinger-  
Danz Handbuch des heut. Deutschen Privatrechts X.  
(1823) p. 189. 40) proximum paternae genera-  
tionis consanguineum] adde: virilis sexus; cfr. c. 28:  
proximus paternae generationis, c. 30: proximus qui  
fuerit paternae generationis, c. 33: proximo vero  
paterni generis, c. 34: ad quintam generationem  
paterna generatio, c. 39: proximus eius, c. 55: pro-  
ximus mulieris; cfr. p. 71 not. 12; paterna scilicet  
generatio eadem est, quam dicit Speculum Saxoni-



nec filiam non<sup>a</sup> habuit, soror<sup>41</sup> eius pecuniam et mancipia, terram proximus paternae generationis accipiat. (29.) Si autem nec filium nec filiam neque sororem habuit<sup>42</sup>, sed matrem tantum superstitem reliquit<sup>b</sup>, quod filia vel soror debuerunt<sup>43</sup>, mater suscipiat, id est pecuniam<sup>c</sup> et mancipia<sup>d</sup>. (30.) Quodsi nec filium nec filiam nec sororem aut matrem dimisit superstites, proximus qui fuerit paternae<sup>e</sup> generationis<sup>44</sup>, heres<sup>f</sup> ex toto succedat, tam<sup>5</sup> in pecunia atque in mancipiis quam in terra.

31. Ad quemcunque<sup>45</sup> hereditas<sup>g</sup> terrae pervenerit, ad illum vestis<sup>46</sup> bellica<sup>47</sup>, id est

a) nō redūdat *Her. in margine annotat.*

b) reliquid *corr.* reliquit *Corb.*

c) pecunia *Corb.*

d) mancia *Corb.*

e) paterne *Corb.*

f) heres *Her.*

g) hereditas *Her.*

cum III, 15, 4: *von sverd halven geboren.* Recte quidem contendere mihi videtur Paulsen de iuris hereditarii nexu cum statu civili p. 56: *proximitas* (Thuringica in lege) *secundum parentelas et in iis rursus secundum gradus computabatur*; neque minus consentiam cum Walter Deutsche Rechtsgeschichte (ed. 2) §. 579: *dass in dieser Stelle durch paterna generatio nur der Mannsstamm, nicht alle Verwandten von der väterlichen Seite bezeichnet werden, ergiebt sich aus dem Geist des Verhältnisses, namentlich aus VI, 8 (id est c. 34); cfr. infra ad cap. 34 allata.* 41) Cum lex hominis liberorum orbi defuncti in bona mobilia eius sororem matremque succedere iuberet, easque fratribus eius anteponeret, nonnullas saltem mulieres proxima affinitate cum illo coniunctas non omnino exheredari voluit, naturali vero, ut ita dicam, ex familia nondum excessit, ut defunctorum amitae omni ab hereditate a consanguineis viris excluderentur. Etiam quidem magis sororibus favet lex Liutpr. c. 3: *si ipse frater neque filius neque filias reliquerit, aut si habuerit et ante eum mortui aut mortuae fuerent absque filiis filiabus: tunc sorores eius tam qui in capillo remanserunt quam quae ad maritum ambolaverunt, in omnem substantiam eius ei heredis succedant*, Legg. IV. p. 109, l. Ahistulf. 10 l. l. p. 198. 42) Non est cur miremur, quod lex neque avum neque patrem ad hereditatem vocari iubet; filii familias enim, dum ascendentes viverent, propria bona possidere nondum solebant; cfr. Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 346, Waitz Das alte Recht der Sal. Franken p. 109; recentius ius dipl. Hall. a. 1235 §. 27: *bona ipsius pueri, qui moritur, spectabunt ad gremium matris* Laband l. l. p. 11. Cuius rei aliam interpretationem proponit Brunner Das Anglo-Normännische Erbfolgesystem (1869) p. 16. 22—27. 43) Nescio an *debuerunt* verbi usus demonstret, non licuisse exheredes facere laudatos heredes; cfr. cap. 47: *habere debuit.* 44) Generationis vox quid sentiat, valde disputatur. Mihi quidem persuasissimum est, coniuncta paternae generationis verba c. 27. 28. 30. 34 nihil dicere nisi agnationem id est agnatorum numerum vel omnes per virilis sexus personas cum defuncto coniunctos homines, eidem vero vocabulo c. 34: *ad quintam generationem* alium sensum eumque parentelae subesse, sicut *sibbe* quoque varia significabat; v. infra not. 56 ad cap. 34. 45) Terrae heredem cum iubeat cap. 31 tamquam res annexas semper acquirere, ut recentiori vocabulo utar, *heergewäte* (v. not. 46), tutelam homicidii (v. not. 49), obligationem weregeldi solvendi (v. not. 50), tritissimum fortasse totius Thuringicae legis edit praeceptum. Ultio quidem proximi cum solutioni leudis ut officium potestati respondeat neque alteri plus detrimenti insit

quam alteri commodi, constitutio de veste bellica, 10 etsi duorum illico commemoratorum institutorum gratia edicta est, quodammodo cum praecepto capituli 32 convenit. — Spec. Sax. I, 27. §. 2: *dat erve an den nesten evenbürdigen mach, sve de is, unde it herwede an den nesten svert mach.* 46) H. 15 Schulze Das Recht der Erstgeburt in den Deutschen Fürstenhäusern (1851) p. 203, Schröder Gesch. des ehel. Güterrechts I. p. 144, alii quamquam contendunt, Tacitum Germ. c. 32: *inter familiam et penates et iura successionum equi traduntur: excipit filius 20 non ut cetera maximus natu, sed prout ferox bello et melior, heergewäte in animo habuisse, liceat tamen dubitare, an ipsius rei hic (cfr. ibid. c. 28. 18) primordia commemorentur, praesertim cum succedendi ius omnino diversum sit. Cfr. v. Martitz Das ehel. 25 Güterrecht des Sachsenspiegels p. 111. Immo putem, ante conscriptam legem Thuringicam singulare illud ius nusquam laudari. Neque tamen minus fabulosa est narratio, quae inest Reggowii chronico Saxonico a Massmann edito pag. 295: *De koning 30 (Henricus I. c. a. 926) bot oc, dat de eldeste broder in dat here vore: dat se dat herwede namen, dat do recht ward, chronico Luneburg. ed. Eccard Corp. hist. med. aev. I, p. 1330, Gobelini Personae cosmodromio VI. c. 47 ed. H. Meibom. rer. Germ. I. 35 p. 247, aliis libris; cfr. Grimm Rechtsalterthümer p. 566, Homeyer Heimath nach Altd deutschem Recht (1852) p. 57, Waitz Heinrich I. (ed. 2. 1863) p. 104. Cuius fabulae origo inde mihi orta esse videtur, quod, quo tempore munus castra sequendi fundorum 40 tantum possessoribus addicebatur, speciale loricae eis hereditate relinquendae ius generalius redditum est; quod quidem non Henrico I. regnante sed Carolo Magno imperante factum esse illi ignorarunt. Ceterum alium in modum rem interpretari student 45 leges Frisionum septemtrionalium §. 6: *men mochte fragen: wor aff is erst de herwede gekamen? Unse landes vorfaren de hebben in olden tiden ganz vele in der heruart gelegen und se hebben ock vel orlogh gehatt in natiden, dar af is dat herwede vp gekamen,* 50 v. Richthofen Friesische Rechtsquellen (1840) p. 567. Singulae quidem res, quae ad *heergewäte* annumerari solebant, nequaquam ubique eadem erant; recte enim ait glossator Speculi Saxonici I, 22: *hergewette ist das, was man in den heerfarten haben 55 muss (= sicut vir cum armis suam desiderat tueri vitam, cum suis melioribus vestibus* dipl. a. 1273 Pufendorf Observ. iur. III. App. p. 399). Quam ob causam diversissimi exstant catalogi rerum, quas modo hic modo illic istud verbum amplectebatur; 60 cfr. Grimm Rechtsalterthümer p. 566, Phillips in Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft VII. (1831) p. 1 sqq., Museum für Jurisprudenz VII. (1835)**



lorica<sup>48</sup>, et ultio proximi<sup>49</sup> et solutio<sup>a</sup> leudis<sup>50</sup> debet pertinere.

32. Mater moriens<sup>51</sup> filio terram, mancipia, pecuniam dimittat, filiae vero spolia colli<sup>52</sup>

a) solucio Corb.

p. 288, Nitsch in Jahrbücher f. d. Landeskunde von  
5 Schleswig, Holstein und Lauenburg I. (1858) p. 335  
—354, Heydemann Die Elemente der Ioachimischen  
Constitution vom Jahre 1527 p. 55. 69. 76—79. 89,  
Siegel Das Deutsche Erbrecht (1853) p. 166 sqq.,  
v. Martitz Das eheliche Güterrecht des Sachsen-  
10 spiegels (1867) p. 110 sqq., al. Supra p. 108 com-  
memoravi, praeter Saxoniam, Frisiam, Thuringiam  
hereditatis certam partem heergewäte nusquam  
reddidisse; cfr. dipl. Hall. a. 1235 (supra p. 125  
not. 37), dipl. Aldenburg. a. 1234: *armaturam, que*  
15 *vulgo hervede vocatur*, Scheidt Nachrichten vom  
Adel in Teutschland (1754) p. 104, dipl. Altenburg.  
a. 1470 §. 22: *heergerethe* Mittheilungen der ge-  
schichtsforschenden Gesellschaft des Osterlandes III.  
(1853) p. 362. De Anglosaxonico *heregeat* vide  
20 v. Martitz l. l. p. 114. 47) Grimm Rechtsalter-  
thümer p. 567 cum nos doceat: *herwêde, die Sächs.*  
*Form für Heergewäte, kann von nichts anderm ab-*  
*geleitet werden, als von wâd (vestis), wie der Latein.*  
*Ausdruck vestis bellica ausser allen Zweifel setzt,*  
25 *admiremur oportet, quam idonee Thuringicae legis*  
*auctor technicum verbum Germanicum in Latinam*  
*linguam converterit. Qui cum addat, id est lorica,*  
*cuius imago saepissime Speculi Saxonici in codici-*  
*bus picturatis omnes res ad heergewäte pertinetes*  
30 *significat, nescio an eam exempli causa laudet.*  
48) Naudet in Mémoires de l'institut, academie des  
inscriptions VIII. (1827) p. 459 et Davoud-Oghlou  
Histoire de la législation des anciens Germains (1845)  
II. p. 194 loricae verbum transferunt: *cuirasse ou*  
35 *côte de mailles.* 49) Wilda Strafrecht der Ger-  
manen p. 173: *die Blutrache wie die Mundschafft*  
*war Familiensache; Kraut Vormundschaft nach den*  
*Grundsätzen des Deutschen Rechts I. p. 168: Der-*  
*selbe Verwandte, welcher wenn Jemand erschlagen*  
40 *ist, als Vormund des Todtschlags für ihn aufzutre-*  
*ten hat, ist auch, wenn er bei Lebzeiten eines Vor-*  
*munds bedarf, sein rechter Vormund.* Similiter non  
dubitem, quin Thuringicae legis verbis *et ultio pro-*  
*ximi* addam: *et tutela mulierum.* Quod quidem  
45 Beseler Lehre von den Erbverträgen I. p. 49 et  
Gerber Meditationes ad locum Speculi Saxonici I, 52  
(1847) p. 4 contendunt, nequaquam laudatarum  
rerum ubique eundem existere heredem, Thuringici  
certe non fuit iuris. Ut autem proximus vir de-  
50 functo agnatus homicidium eius ulcisci faidamque  
portare debuit, ita, quando compositio intercessit,  
ad istum pecunia weregeldi loco numerata solvenda  
erat. Quod etiam multo postea Saxonicum Thurin-  
gicumque ius observari iussit; cfr. librum legis  
55 secundum distinctiones I, 38 pr.: *Wert ein man czu*  
*tode geslayn, dy forderung erbet her uf sinen ne-*  
*sten swertmag, ed. Ortloff p. 73, iudicium scab.*  
Magdeburg.: *clagit des mannis neste swertmoge uff*  
*den umb das vorretenis des totslages, u. begert her*  
60 *vorczukomen umb sine unschult, so sal her komen*  
*in das neste gerichte* Böhme Dipl. Beiträge zur Unter-  
suchung d. Schlesischen Rechte II. 2 (1775) p. 98, spe-  
cul. Saxon. II, 16. §. 1: *Gewere sal iewelk man dun*  
*umme dotslach unde umme lemesle unde wunde, vor*

*sinen herren dem he bestat, unde vor sine svert-*  
*mage (var.: sein mündlein); Kraut Vormundschaft I.*  
*p. 374, 12, Homeyer Heimath nach Altdeutschem*  
*Recht p. 40. — Ceterum parum accurate annotat*  
*Davoud-Oghlou Histoire de la législation II. p. 194*  
*faidae vocabulum in Latinam linguam translaturum*  
*legislatores dicere ultionem proximi. 50) leudis]*  
*Cfr. gloss. leg. Sal.: leudus eius iacet finitus id est*  
*weregildus, leudum conpositio seu widrigilt* Merkel  
*Lex Sal. p. 103, Legg. I. p. 187 not. 79; l. Chamav.*  
*12: ille leodis, ibid. 20, 23: quarta parte de sua*  
*leode; l. Sal. XVI: de leude ed. Merkel p. 53;*  
*l. Fris. II, 1: tertiam partem leudis; leg. Aethelbert.*  
*23: gif bana of lande gewited þâ magas healfne leôd*  
*forgelden* Schmid Gesetze der Angelsachsen (ed. 2)  
*p. 4. Grimm Rechtsalterthümer p. 652, idem in*  
*Merkel Lex Salica p. X, Müllenhof in Waitz Recht*  
*der Sal. Franken p. 288, Wackernagel in Binding*  
*Das Burgundisch-Romanische Königreich I. p. 393,*  
*Kern Die Glossen in der Lex Salica p. 41. 60 de-*  
*monstraverunt, primum leudi verbo fuisse sensum*  
*hominis plebei (liud = plebs), postea mit einer*  
*frischen Kürzung des Begriffes weregeldi. Ipsa qui-*  
*dem vox praeter Francos, Frisiones, Thuringos,*  
*Burgundiones, Anglosaxones nationibus Germanicis*  
*ignota fuisse videatur. 51) Conferenda sunt,*  
*quae ad consonam capituli 26 constitutionem supra*  
*p. 124 sq. not. 35. 36 annotavi. Quid ibidem laudatus*  
*legis Chamavicae locus sentiat, perquam dubium est;*  
*sed persuasum habeo, Gaupp Lex Franc. Chamav.*  
*p. 82 hereditatis maternae verbis perperam sensum*  
*Gerade, Niftelgerade subiecisse; immo merum ius*  
*Francorum, quale illi legi insit, omnino haec ignorat.*  
*Itaque Eichhorn Deutsche Rechtsgesch. I. p. 738,*  
*Pertz in Abhandlungen der Academie der Wissen-*  
*schaften zu Berlin 1846 p. 420, Schröder Eheliches*  
*Güterrecht I. p. 122 etsi rem non omnino explana-*  
*visse videantur, demonstraverunt tamen, Chamavi-*  
*cum ius a Thuringico discedere. 52) Spolia colli*  
*id est ornamenta muliebria quod rhedo dicunt (c. 38),*  
*quoad hoc loco commemorantur, antiquissimo tem-*  
*pore fortasse sola Niftelgerade ducebantur, postea*  
*principalem minime rerum, quas Niftelgerade am-*  
*plectebatur, efficiebant partem. Ceterum Radegun-*  
*den reginam Francorum Thuringica ex natione*  
*ortam etiam magis exornatam fuisse, refert Fortu-*  
*natus V. Radegund. c. 13: cingulum auri pondera-*  
*tum, ... stapionem, camisas, manicas, cofeas, fibu-*  
*las, cuncta auro, quaedam gemmis exornata. Ex*  
*posterioribus quae hac sunt de materie legibus im-*  
*primis huc pertinet dipl. Hall. a. 1235 §. 44: ista*  
*spectant ad ius quod Rade dicitur: omnes vestes*  
*dominarum, omnis ornatus dominarum de auro et*  
*argento factus, ita quod sit integer; omne quod*  
*Vedirgewant dicitur, spectat ad Rade; mensalia,*  
*manuteria, lintheamina, tapecia, cortine, Ummehanc,*  
*candelabra, pelves, cyste superius gybbose, equi,*  
*oves et omne, quod spectat ad braxandum, excepto*  
*magno doleo, anseres et pulli, sartago, que condu-*  
*citur pro precio, omnes sues. §. 43. Omnia spe-*  
*ctantia ad cibaria, quod dicitur Mustheil, tricesimo*



id est<sup>53</sup> murenulas<sup>a</sup>, nuscas, monilia, inaures, vestes, armillas, vel quicquid ornamenti proprii<sup>b</sup> videbatur habuisse. 33. Si<sup>55</sup> nec<sup>c</sup> filium nec filiam habuerit, sororem vero habuerit, sorori pecuniam et mancipia, proximo vero paterni generis terram relinquat.

34. Usque ad quintam generationem<sup>56</sup> paterna generatio succedat. Post quintam

a) murenas Her. b) proprii recentiore manu corr. proprium Corb. c) nec deest Corb.

5

peracto, medietas spectat ad hereditatem, medietas ad ius, quod Rade dicitur Laband Magdeburger Rechtsquellen (1869) p. 13; statut. Hall. in Förstermann Neue Mittheilungen aus histor. antiquar. Forschungen I, 1 (1834) p. 80; antiquiss. statut. Susat. §. 27. 52, Seibertz Urkundenb. Westfalens I, p. 52. 55, specul. Saxon. I, 24. §. 3, fragment. de Gerade ed. Wilda in Rhein. Museum für Iurisprudenz VII. (1835) p. 290; cfr. Haltaus s. v. Gerade, Grimm Rechtsalterthümer p. 576—586, Kraut Grundriss zu Vorlesungen über d. Deutsche Privatrecht p. 319—321, Schröder Gesch. des ehel. Güterrechts I. p. 173, 113—125. Beseler Privatrecht (ed. 2) p. 567: *Unter den eingebrachten Gütern der Frau wird besonders die Mitgift hervorgehoben. Dieselbe konnte die Bedeutung einer Abfindung von dem elterlichen Nachlass haben; regelmässig bestand sie in einer Aussteuer an beweglichen Sachen zum persönlichen Gebrauche der Frau und zu wirthschaftlichen Zwecken. Daraus erklärt sich die Entstehung der Rade oder Gerade im Sächsisch-Thüringischen Stammesrecht, indem die Sachen, die darunter befasst wurden, meist auch zur Aussteuer gehörten, und also ein bevorzugter Anspruch der Frau und anderer weiblichen Verwandten auf dieselben sich leicht entwickeln konnte.* Cui opinioni etsi accedunt Schröder l. l. et v. Martitz Das eheliche Güterrecht p. 96 sqq., malim tamen cum Siegel Deutsches Erbrecht (1853) p. 165. 173 censere, istas gentes aequum quodammodo ius secutas loco rerum exercitium, quas solis viris concedebant, muliebria ornamenta atque vestimenta feminis tribuisse. — Cfr. infra p. 129 not. 59. 53) De vario muliebris mundi genere, cuius Thuringica lex mentionem facit, dicenda dicunt: *Murenulae, Murennae, Mulierum ornamenta aurea, quibus metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena collum cingebatur, ut scribit D. Hieronymus Epist. 15, Ducange-Henschel Gloss. s. v.; nusca fibula est aurea, in veteri lingua Germanica Nüschel, Rössig Comment. ad leg. Angl. et Verin. p. 23; Karol. cap. a. 812: inaures aurei 4, pensantes denarios 17, Legg. I. p. 176; Mai Class. auct. V. (1833) p. 390; l. 25 §. 10 D. 34, 2; pact. leg. Alam. III, 4, Legg. III. p. 38; cod. dipl. Fuld. ed. Dronke p. 207. 54) Vocabuli proprii usum nos docere, etiam vivo marito uxori Thuringicae fuisse propria bona, in dotem fortasse illata, vix credam; immo frequentatas res ab uxore legislatorem dicturum esse censeo. 55) Cfr. cap. 28 cum not. 41. 35. 56) *Ad quintam generationem paterna generatio succedat*] Quae verba cum omnium interpretum tritissima fuerint crux, multum dicere meum non est. Ipsius quidem regulae iuris consimilia sunt ed. Roth. 153: *omnis parentilla usque in septimum geniculum nomeretur, ut parens parenti per gradum et parentillam heres succedat*; l. Sal. XLIV. §. 2: *qui proximior fuerit extra superius nominatos, qui singulatim secundum parentilla dicti sunt usque ad sexto geniculo, ...**

*iam post sexto geniculo si non fuerint, in fisco, ed. Merkel p. 25; l. Rib. LVI, 3: usque ad quintum geniculum, qui proximior fuerit, haereditatem succedat*; l. Baiuw. XV, 10: *Quodsi maritus et mulier sine herede mortui fuerint, et nullus usque ad septimum gradum de propinquis et quibuscumque parentibus invenitur: tunc illas res fisco acquirat*, Legg. III. p. 321; specul. Saxon. I, 19. §. 1; I, 3. §. 3: *De sibbe lent in dem seveden erve to nemene, al hebbe de paves georlovet wif to nemene in der vesten*, ed. Homeyer p. 159; ep. Leon. a. 800: *usque in septimam generationem observare, quia in septimo die quievit Dominus*, Kleinmaiern Iuvavia p. 58; cap. a. 753 c. 1, Legg. I. p. 22; cap. a. 757 c. 1, ibid. p. 27; a. 801 c. 20, ibid. p. 86; cap. in leg. Rib. mitt. a. 803 c. 10, ibid. p. 118; leg. Henr. I. c. 70 §. 20; v. Kolderup-Rosenvinge Dänische Rechtsgesch. übersetzt von Homeyer (1825) §. 99 not. c, §. 48 not. g. Klenze cum in Zeitschrift f. gesch. Rechtswissensch. VI. p. 178—191. 199 demonstraturus sit, dicendi tantum genus his in legibus diversum esse, idem autem eas referre ius: *im einen ist exclusiv, im andern inclusiv mit der bekannten eingradigen Berechnung der Geschwister gesprochen*, nescio an satis Germanicum generationum computandarum modum a canonico distulerit. Sed praeterquam quod dubium est, quot propinqui ad quintam generationem annumerandi sint, etiam maior isque gravior dissensus est, quid generationis vocabulum sentiat. Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 344 sqq. censet singulam generationem, = parentelam = Sippe, omnes homines ab eodem parente progenitos amplecti, Wasserschleben Das Princip der Successionsordnung nach Deutschem insbesondere Sächsischem Recht (1860) p. 42: *generatio bezeichnet nicht die einzelnen Parentelen, sondern Sippzahl, Glied, Grad; es gehen demnach sämtliche Agnaten, welche von irgend einem Stammvater des Erblassers nur 5 Glieder entfernt sind, den weiblichen Verwandten vor, ... ohne Rücksicht auf irgend eine Parentel*, Rive in Bekker u. Muther Jahrbuch des gemeinen Deutschen Rechts VI. (1863) p. 219: *dem Sprachgebrauche anderer Quellen analog ist hier darunter der quintus geniculus, das fünfte Glied einer Parentel zu verstehn, ... also Linealgradualfolge*, Lewis in Pözl Kritische Vierteljahrsschrift für Gesetzgebung u. Rechtswissenschaft IX. (1867) p. 39: *es kann hier generatio nicht die technische Bedeutung von Linie, Parentel haben, weil generatio durch das hinzugefügte paterna hinlänglich bestimmt wird*; cfr. Homeyer Stellung des Sachsenspiegels zur Parentelenordnung (1860) p. 8, Grimm Rechtsalterthümer p. 469, al. Quibus ex viris doctis cum Rive artificiosiore quam naturaliorem sententiam a Wasserschleben prolatam bene reiecit neque Lewis adiecto vocabulo paterna (opp. materna) certam opinionem demonstrari recte iudicasse mihi videatur, Gauppium malim sequi; sin enim recte sensisset Rive, in quavis parentela



autem filia<sup>57</sup> ex toto, sive de patris sive de<sup>a</sup> matris parte in hereditatem<sup>b</sup> succedat; et tunc demum hereditas<sup>c.58</sup> ad fustum<sup>59</sup> a lancea<sup>60</sup> transeat.

[VIII, 1—8.] De furtis<sup>61</sup>. 35. Qui gregem equarum<sup>d</sup> in parrico<sup>62</sup> furatus fuerit, in triplum conponat<sup>63</sup>; si autem<sup>64</sup> foris gregem<sup>65</sup> commovit, quot equae<sup>e</sup> fuerunt, tot<sup>66</sup> capita<sup>f</sup> commotionis multam conponat; et quot abstulit, tot in triplum conponat. (36.) Hoc de servo<sup>67</sup>,

a) de *deest Her.* b) hereditatem *Her.* c) haereditas *Her.* d) equarum *Corb.* e) eque *Corb.*; eque *Her.* f) in *addunt editores.*

nobis intelligendum esse quintum gradum, omisisset legislator ipsam parentelam laudare neque quicquam  
 10 dixisset. 57) De iure fisci quod Thuringicae legi nullum praeceptum inest, grave habeo argumentum antiquae legis originis. 58) *hereditas ad fustum a lancea transeat*] Simillime statuit publicum ius Francogallicum: *la couronne ne peut tomber de*  
 15 *lance en quenouille = la couronne de France ne tombe pas en quenouille = les lis ne filent pas*, v. Phillips *Deutsche Rechtsgeschichte* (ed. 3) §. 38, H. Schulze in *Bluntschli Staatswörterbuch* X. p. 529, et ius territoriale pagi Hagen: *das nechste bludt vom*  
 20 *Schwerdt geboren erbet, und da kein schwerdt vorhanden, erbett die Spille*, Puffendorf *Observationes iuris universi* III, app. p. 5. Cum tota fere Germania, quod subsequentibus in notis allatis nonnullis exemplis demonstrare studeam, fustus muliebrem, lancea mas-  
 25 culinum sexum significaverit, dubium esse non potest, quid haec constitutio sentiat. 59) Fustum feminini sexus symbolum fuisse apud Germanos per totum aevum medium, ostendunt imprimis Grimm *Rechtsalterth.* p. 171, Phillips *Deutsche Geschichte* I.  
 30 p. 102. 183, Akerman *On the Distaff and the Spindle as the Insignia of the Female Sex in former times in Archaeologia* (1857) XXXVII. p. 83—101, ut arma muliebria fustum olim habitum esse dicas. Cfr. Fortunat. V. s. Radegund. c. 13: *adhuc de regali secum*  
 35 *habens ornamento felle fustum ex auro et gemmis vel margaritis factum*, Thietmar. *Merseburg. chron.* II. c. 24: *in aecclesia Albani in Mogoncia* (Conradi ducis Francorum uxor) *flebiliter est sepulta, cuius fustum argenteum in eius memoria ibidem est suspen-*  
 40 *sum*, *Script.* III. p. 756, *statut. vet. Hildeshem.* a. 1249: *tertium dimidium denarium et peplum suum et colum et fustum suum*, Puffendorf *Observ.* IV. app. p. 285. Simili quoque in usu fuerunt forlices. 60) Virorum ingenuorum quae sunt insignia, lancea  
 45 gladiusque, saepissime in lingua Germanica eos ipsos significant. Unde prodiit paullo ante enumeratis aliisque multis exemplis comprobatus usus verbi *Schwertmagen*; alia collegit Grimm *Rechtsalterthümer* p. 169, Homeyer *Sachsenspiegel* (ed. 3) I. p. 476.  
 50 61) Furtorum regularis quae fuerit apud Thuringos poena, cum lex non statuerit, atque extraordinarias tantum nonnullas cognitiones praescripserit, illa in re antiquum ius retinuisse, in hac novum condidisse videatur. Nulla enim de re nisi de furto pecudum  
 55 domesticarum, quibus servi annumerabantur (v. not. 67) atque ornamentorum muliebrium quicquam statuit, neque alius differentiae rationem habet nisi singulane an gregalia animalia ablata sint. Quod autem hoc delictum minus censet, hinc fortasse  
 60 est, quod gregales pecudes adhuc indoctae erant. 62) *Parricus* vel *parcus*, anglosaxonice *pearroc*, *pearruc* Bosworth *Anglo-Saxon Dictionary* p. 52 v, apud nostrates sonat *Pferch*, v. Scherz *Glossar.* II,

1184, 1209, *Graff* III. fol. 348, *Diez Wörterbuch d. Roman. Sprache* (ed. 2) I. p. 306, *Mittelhochdeutsches Wörterbuch* II, 1. p. 493, atque fuit *liberior et spatiosior locus in quo grex totus includitur* Ducange-Henschel V. p. 92; cfr. l. Ribuar. LXXXII, 2: *Si quis peculium alienum in messe adprehensum ad parricum* (lectio Til. et Lindenbr.: *parcum*, *Corb.*: *paricum*) *minare non permiserit*; v. Alcuini c. 10: *curte sive equarum sub uno parco omnis mundus collectus ostenditur* Mabillon *Acta Sanct.* S. IV. tom. I. p. 151; dipl. a. 1092 et a. 1236 a Ducange l. l. allegat.; l. Baiuw. X, 2. *de illo granario quod parc appellant* *Legg.* III. p. 307 c. not. 96. Idem fere alias vocabula *septum*, *sepis* sentiunt, etsi plura amplectuntur, ut tripla rei ablatae compositio regulari iam maior fuisse habenda sit; nam si quis in septa irrumpendo furatus fuit, tota Germania maiori poena dignus putabatur; cfr. Cropp in *Hudtwalcker und Trummer Criminal. Beyträge* II. p. 18, v. Richthofen *Zur Lex Saxonum* p. 197, supra p. 65 not. 80. 82, dipl. *Wormat. Heinrici IV.* a. 1061: *si autem infra septa cuiuslibet furtum aliquod commiserit, reddat quod abstulit vel restituat, et insuper unam unciam tantummodo conponat, et nunquam maius vadimonium* (= *fredum*) *promereatur quam quinque solidos* *Stumpf Acta imperii* p. 69. 63) Specialis cum plerumque componendi verbo sensus insit, generali hic occurrimus, cuius originem nos docet dipl. a. 1212: *inter ... et ... longo tempore questio* (civilis) *moveretur, tandem nobis et aliis honestis viris mediantibus talis hinc inde compositio intercessit*, *Gottern Nachricht v. d. Nonnenkloster Eisenberg* (1730) p. 18. 64) Similiter edicunt l. *Sal.* XXXVIII: *si quis caballum qui carrucam trahit furaverit, ... solidos 45 ...; si quis admissario .. sol. 45 ...; si quis admissario cum gregem suam hoc est 12 equas ... sol. 62½ ...; si vero grex minor fuerit usque ad septem capita cum admissario, excepto capitale et dilatura, ... sol. 62½ culpabilis iudicetur*; l. *Ribuar.* XVIII, 1: *Quod si ingenuus sonesti id est duodecim equas cum amissario aut sex scrovas cum verre vel duodecim vaccas cum tauro furatus fuerit, 600 solidis culpabilis iudicetur, et insuper capitale et delaturam restituat*; l. *Alam.* LXX, *Legg.* III. p. 69. 158. 65) Davoud - Oghlou *Histoire de la législation* II. p. 199 cum verba *foris gregem* francogallice reddiderit: *hors du parc*, quin erraverit, nihil dubitem; immo equae putandae sunt, quae non sint gregales. 66) *tot capita commotionis multam conponat*] *puta: reddat aut ipsum aut aliud simile vel pretium eius*, *leg. Fris. add. VII. Legg.* III. p. 693. 67) *servo*] *Gaupp Gesetz der Thüringer* p. 364, idem *Lex Franc. Chamav.* p. 73, *Gengler Grundriss der Deutschen Rechtsgesch.* p. 169, de *Wal Lex Frisionum* p. 54, alii *Lindenbrogi* (v. supra p. 104) coniecturam *secuti cervo* proponunt. Sed servis nullum olim fuit ius



bove, vacca, ove, porco iudicatum est. 37. Qui<sup>68</sup> scrofas sex<sup>a. 69</sup> cum verre, quod dicunt sonest<sup>b. 70</sup>, furatus est, in triplum conponat<sup>c</sup>, et delaturam<sup>71</sup> solidos 7<sup>72</sup> et in freda

a) VI Corb. b) son est Corb.; son Her. c) conponat Her.

civile, ut nullum weregeldum iis addici soleret ipsique saepissime una cum bestiis numerarentur, cfr. p. 56 not. 37, p. 75 not. 31, p. 76 not. 35, p. 120 not. 10. Quae cum ita sint, neque ulla tali coniecturae subest ratio et simillimo dicendi usu reiicitur, quae inest e. gr. legi Chamav. c. 25: *de quicquid in casa furaverit, in wirdira solidos 7, de warnione in wirdira solidos 7, de spadato caballo solidos 7, de servo solidos 7, de spata 7, de iumento solidos 4*, leg. Fris. IV, 1. 2. II, 11: *si quis servum aut ancillam, caballum, bovem, ovem vel cuiuscumque generis animal* Legg. III. p. 660, l. Sal. X, 1: *si quis servum aut cavallum vel iumentum furaverit*. Adde quod nuda vox cervi parum accurate domesticum vel venaticum cervum diceret; cfr. l. Sal. XXXIII, 2. 3. ed. Merkel p. 18. 65, l. Ribuar. XLII, 2, l. Alam. CI, 5 Legg. III. p. 81 c. not. 85. 68) Ut lex Thuringorum inter singulas equas et equarum gregem, cui sine dubio tacite admissarius sive warnio annumerabatur, ita inter singulos porcos (c. 36) eorumque gregem (c. 37), quam scrofas sex cum verre effici refert, legitimam differentiam statuit. Itaque cap. 36 et 37 verba sic interpretor: *si quis porcum sive unum sive complures furatus fuerit, aut eos restituat aut eorum pretium solvat, et insuper quot capita abstulit tot tripliciter conponat; si autem gregem porcorum, tripliciter tantum eam conponat; utroque vero in casu et delaturam et fredam penset*. 69) Plerumque duodecim pecudes grex appellabantur; cfr. l. Alam. XXVII, 1: *vaccaritia legitima, ubi sunt 12 vaccas vel amplius (cum tauro)* Legg. III. p. 72; l. Rib. XVIII. (v. not. 64); l. Sal. III, 7: *si quis 12 animalia furaverit*; dipl. a. 849. *iuga boum sex* Neugart Cod. dipl. Alem. I. p. 264; form: *12 equae cum admissario, in vaccaritia capita 12 cum tauro et armentario* Waitz Verfassungsgesch. II. p. 189 not. 5; etiam maiorem numerum praebet l. Sal. II, 13, 7; III, 8, sex l. Ribuar. l. l. 70) *Sonest*, *son* mutilas censeo formas verbi Francici: *suinesta, suinesta, sonesta* i. e. *sû-in-i-sta*. *Das Stammwort ist ahd. sû, nhd. Sau, ags. sù, engl. sow; aus sû + in geht regelmässig swin hervor; nach einer Fränkischen Schreibweise darf dies soîn werden; aus swin, Stamm swina entsteht mit Suffix str, sta: swinasta, swinesta, nach Fränkischer Schreibweise suinesta, suinesta, soinesta* Kern Die Glossen in der lex Salica p. 145. Quod verbum apud Francos usitatissimum invenias in l. Sal. XXXVIII, III, IV, e. gr. III, 15: *si 25 porcous furaverit ubi amplius non fuerint in grege illa, malb. sonista hoc est, 2500 dinarios, qui faciunt solidos 62½, culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura* ed. Merkel p. 4; l. Rib. XVIII. (v. not. 64); cap. in leg. Rib. mitt. a. 803, c. 4: *De sonesti aut 600 solidos conponat aut cum duodecim iuret (reus); aut si ille qui causam quaerit duodecim hominum sacramentum recipere noluerit, aut cruce aut scuto et fuste contra eum decertet* Legg. I. p. 117. Idem apud Anglo-Saxones sonasse *suner, sunor*, ostendit Bosworth Anglo-Saxon Dictionary p. 71 c. d., quod nonnulli intelligendum esse proponunt in ed. Roth. 351: *si*

*quis verrem alienum furaverit, conponat solidos duodecim; ipse dicitur sonorpair, qui omnes alios verres in grege battit et vincit; tamen in uno grege, quamvis multitudo porcorum fuerit, unus conpotetur sonorpair* Legg. IV. p. 80. 81 c. Bluhmii not. 52, Grimm Geschichte der Deutschen Sprache pag. 548. 695. Paulo post verbum non amplius perspectum fuisse, demonstrat gloss. San-Petrin. e lege Ribuar.: *sonestis, stuat rura. suanus* Mone Anzeiger f. Kunde d. Teutschen Vorzeit V. (1836) p. 233. 71) Delaturam vel dilaturam vel dilationem (l. Rib. XXXIII, 3) ipsos Germanos dixisse *wirdriâ*, argumento est saeculo nono confecta transversio verborum legis Salicae: *excepto dilatura et capitale: foruzzan haupitgelt inti pirdriun, foruzan haubitgeld indi pirdriun* Merkel Lex Salica p. 110. 111 et leg. Chamav. c. 25 (v. not. 67), c. 26, 27: *quicquid in Mashau furaverit, duos geldos componere faciat, in wirdira uncias duas, in fredo dominico solidos quatuor*. Sed quid ipsum vocabulum sentiat, valde dubium est; quam difficultatem id auget, quod nonnullis in locis varia significat. Quamquam raro tantum ei sensus infuisse videtur, qui a Ducange-Henschel II. p. 786 principalis habetur: *accusatio, calumnia*, scilicet in leg. Henrici I. reg. Anglo-Saxonici 64. §. 1: *in quibusdam locis iuramenti vel ante iuramenti multa est distantia, sicut in delatura et pluribus aliis* Schmid Gesetze der Angelsachsen (ed. 2) p. 466, et in eccles. cap. 28. apud Carolum M. lib. IV. de imag. cap. 5. ab isto allegato. Neque putem ad rem enucleandam quicquam afferre gloss. leg. Sal. Pithoe.: *delatura, fredo* Merkel Lex Salica p. 103 vel vetus versio leg. Anglosax. reg. Ine c. 17: *Qui investigabit furtivam carnem, habeat paet meldefeoh, i. e. pecuniam indicationis vel delaturam* Schmid l. l. p. 29, etsi nonnulli viri docti modo hanc modo illam sententiam comprobaverunt atque tamquam solam rectam demonstrare studuerunt. Fredum enim a dilatura distare, ut alia praeteream, dilucide ostendunt ipsius legis Thur. c. 36. 38, ut glossatori rem obscuram fuisse contendas. Neque gravius argumentum habeo, quod translator ille posteriore aliquo tempore arbitratus est dilaturam esse = meldefeoh i. e. pretium, quod delatori fuit constitutum, saepius laudatum e. gr. l. Wisigoth. VII, 1, 4, ed. Roth. 255. 335, l. Burg. Gundeb. XVI, 3 (*veiaturas*), CIII, 6, XCVI, leg. Wihtr. 11, etsi epist. Purchardo scripta *occulte sibi pactum fieri petiit de pretio duarum librarum pro delatura, ut haec patefaceret* Goldast Script. rer. Alsat. II. p. 56 res probabilis redditur; recentior enim is locus esse videtur, quam cui fides adhibeatur, v. Waitz Das Recht der Sal. Franken p. 198; itaque non possum hunc sensum genuinum existimare cum Grimm Rechtsalterthümer p. 655: *delatura ist was der Melder für die Angabe der entfremdeten Sache empfängt; ... dem Dieb legten die Gesetze ein geregeltes Anbringegeld auf*, Eichhorn Deutsche Rechtsgesch. I. (ed. 4 et 5) §. 71, Wilda Strafrecht d. Germanen p. 901: *Anbringelohn*, Gengler Grundriss der Deutschen Rechtsgesch. p. 366, sed putem id penitus reprobatum esse a v. Woringen Beiträge



totidem. 38. Qui ornamenta muliebria, quod<sup>73</sup> rhedo<sup>a</sup> <sup>74</sup> dicunt, furtu<sup>b</sup> abstulerit, in triplum conponat<sup>c</sup>, delaturam 12 solidos et in freda similiter.

a) rhēdo (*id est rhemdo vel rhendo*) Corb.; falso annotat Merkel *Lex Saxonum* p. 21: „Dieser Strich kommt öfter im Codex ohne Bedeutung vor.“ b) furto Her. c) conponat Her.

- 5 zur Gesch. d. Deutsch. Strafrechts (1836) p. 75. 76, Waitz l. l.; cfr. leg. Sal. LXV. nov. 274: *De delatura: si quis hominem occiderit et quod lex habuit pro eo dederit, solidos 30 pro delatura conponat, de puero aut liberto solidos 15, de furtibus vero*
- 10 *aliis 7 solidos* ed. Merkel p. 82; cap. leg. Sal. add. a. 819 c. 2: *si quis servum alienum occiderit vel vendiderit, vel ingenuum dimiserit, ... sol. 35 culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura* Legg. I. p. 225. Sin I. Ch. Majer *Histor. iur. German. circa*
- 15 *homicidium* (1770) §. 20, al. putant, delaturam praemium fuisse quoddam ei, qui res in iudicium deduxerit, concessum, ne fiscus fredum amittat, miram coniecturam nullis rationibus subventam refellere longum est. Dubias tantum has opiniones habeo:
- 20 a) Wiarda *Erläuterung der lex Salica* b. p. 281 proposuit, litis impendia iudicio solvenda esse delaturam. Sed ubique coniungitur capitale cum delatura, quod istius sectator interpretari non posset; inprimis autem tempore legum Francorum Sali-
- 25 *corum, Ribuariorum, Chamavorum, Thuringorum* certa talia impendia pensata fuisse nequaquam constat, et delaturam ad eum, cui furtum factum esset, pertinuisse, ostendit Chlothach. II. decret. c. 8: *continuo capitale ei qui perdidit reformetur; ... capitale vel dilatura si fuerit, de facultate latronis ei*
- 30 *qui furtum pertulit sarciatur; ... fretus tamen iudicibus in cuius provincia est latro restituatur* *requirenti* Leg. I. p. 13. Cfr. v. Woringen l. l. p. 78—84. b) Eodem Chlothacharii capitulari reiici mihi vide-
- 35 *tur* sententia a Waitz *Das Recht der Sal. Franken* p. 199 prolata: *es scheint nichts übrig zu bleiben, als die Dilatura für eine Art der Strafe zu halten, die einen gewissen öffentlichen Charakter an sich trug, si quidem haec verba recte intelligo.* c) Artificiose-
- 40 *tandem quam probabiliorem aestimo opinionem, cui an accedat haesitat* v. Woringen l. l. p. 88: *Dilatura könnte eine von Compositio und Schaden unabhängige Abgabe dafür sein, dass Zögerung oder Weigerung statt fand, auf ein gerichtliches Verfahren einzugehn, quod* l. Wisig. II, 18 intelligendum esse apparet: *iudex cum ab aliquo fuerit interpellatus, adversarium ammonitione unius epistolae ad iudicium venire compellat; ... si se dilataverit, aut*
- 45 *venire contempserit, pro dilatione sola quinque auri solidos petitori et pro contemptu quinque alios iudici coactus exsolvat.* Sed fere nusquam res Wisigothicas longe recentiores ad antiquas Germanicas enucleandas afferre audeam. Adde quod dilatura, si fuisset haec dilatio Wisigothica, ubique certe
- 55 *solvenda fuisset, non vero solis furtis et interdum homicidiis commissis, et quod saepius laudatum capitulare Chlothacharii huic quoque sententiae oppugnat.* d) Quae cum ita sint, recte mihi sensisse videntur Cuiacius, Bignonius Marculfi formulae (1665)
- 60 *b. p. 143: dilatura est id quod interest propter moram, Heineccius Elem. iur. Germ. II, 21: quod pro mora datur, Eccard Leges Francorum p. 15: mora sua cuilibet nociva, v. Woringen l. l. p. 84:*
- die Bezeichnung des Verlustes, den der Eigenthümer durch das Entbehren einer Sache erlitten, Grimm in Merkel Lex Sal. p. LXXXVI; Gaupp Lex Franc. Chamav. p. 73, Geib Lehrbuch d. Deutschen Strafrechts p. 176. Cuius opinionis praecipuum argumentum inest leg. Sal. IX, 1: si quis animal aut caballum vel quolibet pecus in messe sua invenerit, penitus eum vastare non debet. Quod si fecerit et hoc confessus fuerit, capitale in locum restituat, ipse vero debilem ad se restituat; si vero confessus non fuerit, et ei fuerit adprobatum, solidos 15 culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.* Neque scio, cur legis Sal. supra laudatam novellam 274 ei contrariam nonnulli habuerint. Nonne hominis occisi propinquis lucrum cessabat, si weregeldum longe post peractum homicidium solvebatur? Cfr. leg. Aethelbert. 22. Quae de re summi momenti sunt, quae nos *notitia chartae geist* i. e. iectivitatis a. 868 docet; Alcaudus scilicet quidam postquam mallavit Heldebernum atque in mallo publico dixit, istum *malo ordine* quempiam mortificasse; respondit H., se iniuste esse ab illo mallatum; A. vero contra eum *widridum stipulavit, unde ante hos dies per iudicium scabinorum ad respectum fuerunt; scabinei decreverunt iudicium, quod post 40 noctes in proximo mallo, ipse H. contra A. iurasset, aut quod lex est fecisset* etc. Pérard *Recueil de pièces servant à l'histoire de Bourgogne* (1664) p. 148. 72) *solidos 7]* Wilda *Strafrecht der Germanen* p. 462: *Die Brüche von 7 Schillingen kann ich nur für eine Anomalie halten, wenn sie nicht gar ein Schreibfehler ist.* Itaque emendant Gengler *Grundriss* p. 169, de Wal *Lex Frisionum* p. 54: *sol. 12, Sachsse Histor. Grundlagen* p. 354 *tacite: sol. 6.* Equidem cum Francicarum legum nonnullis in capitulis delaturam 7 solidorum inveniam, emendare non audeo; cfr. l. Cham. c. 25 (v. not. 67), l. Sal. LXV. nov. 274 (v. not. 71). 73) Nolim cum Grimm *Gesch. der Deutschen Sprache* II. p. 606 coniectere, verba *quod rhedo dicunt* genuinam in legem a glossatore esse iniecta; simillimum enim dicendi genus saepissime nobis occurrit, e. gr. c. 37: *quod dicunt sonest.* 74) De iure quod dicitur Gerade, rebusque huc annumeratis cfr. supra p. 127 sq. not. 52. 53. Quod ad ipsum verbum *rhedo* attinet, contendit Grimm *Rechtsalterthümer* p. 567: *Gerade, im Ssp. rade, im Lat. utensilia, führt auf Geräte (apparat); nur ist dieses ein Neutrum (ahd. girāti, mhd. geraete), Gerade hingegen unumgelautes Femininum. Auch irrt das rh in lex Angl. et Werin.; man hätte einen Schreibfehler anzunehmen, und zwar rêdho (nom. plur.)? Ich entscheide mich also für die Schreibung råde, geråde und die Bedeutung des hochd. Masculin. rât (supellex).* Wackernagel in *Binding Das Burgundisch-Romanische Königreich* I. p. 356 proponit tertiam quandam etymologiam, ex qua *rhedo* aliud verbum sit atque Gerade: *auf das altnord. reidha, Zurichtung, Zubehör, und das althochd. reita, fränk. raida in Worten wie antreita, hariraida und wie jetzt noch Hofraite (Schmellers Bair. Wörterb.*



39. Homo in furtu<sup>a</sup> occisus non solvatur<sup>75</sup>; sed si proximus eius dixerit innocentem occisum, campo<sup>76</sup> eum conprobet innocentem; vel<sup>77</sup> 12<sup>78</sup> hominum sacramento<sup>b</sup>, furem credi iusto occisum.

40. Qui<sup>79</sup> hominem liberum infra patriam<sup>80</sup> vendiderit, solvat eum quasi occisum, et in fredam solidos<sup>c</sup> 12<sup>81</sup>; (41.) qui liberum extra solum vendiderit, solvat eum similiter, et 5 in fredam<sup>82</sup> solidos<sup>c</sup> 60. Similiter de femina<sup>d</sup>.<sup>83</sup>

a) furto *Her.* b) sacro ienta *corr.* sacramento *Corb.* c) sol. *Corb.*; solid. *Her.* d) foemina *Her.*

III, 155). Idem vocabulum nobis occurrit in I. Burgund. LXXXVI, 1: *De malahereda* (vel *malaharada* v. Wackernagel l. l. p. 351): *si pater qui filias dimittit, malaherada se vivo dare voluerit, cui voluerit donet, ita ut postea ad filias suas, si ille dederit, nemo requirat*, cfr. Homeyer *Die Heimath nach Altdeutschem Recht* (1856) p. 36 not. 44, Schröder *Geschichte des ehelichen Güterrechts I.* p. 44. 122, v. Martitz *Ehel. Güterrecht* p. 96, atque in I. Alam. Lantfr. LIII: *si quis liber mortuus fuerit et reliquit uxorem sine filiis aut filiabus, et (haecde) illa hereditate exire voluerit; . . . sequat eam dotis legitima et quidquid parentes eius legitima plagitaverent, et quidquid de heredi paternicam secum adtulit habiat* Legg. III. p. 104, cfr. Merkelii not. 17 l. l.; res vero ipsa a Gerade Saxonum, Thuringorum Frisionumque quodammodo distabat. 75) Fur in manifesto facinore deprehensus Germanorum secundum leges si domino rerum ablatarum ipsum ligaturo (cfr. infra p. 133 not. 84. 85) obstiterit vel eum aufugere tentaverit, occidere licuit, quin weregeldum deberetur; conditio vero a me iam dicta ubique, etsi interdum praeteritur, subintelligenda atque adiicienda esse mihi videatur; cfr. leg. Saxon. 32; ed. Rothar. 32. 264; l. Fris. V, 1; l. Rib. LXXVII; decret. Chlothach. II. c. 2. Legg. I. p. 12; ed. Chlothach. II. a. 614 c. 22 l. l. p. 15; l. Baiuw. IX, 5 et decret. Tassil. IV, 3; l. Burg. VI, 2, XXVII, 6. 8; conv. Ticin. a. 850 c. 3. Legg. I. p. 406; conv. Silvac. a. 853 c. 5 l. l. p. 424; cap. Caris. a. 873 c. 2 l. l. p. 519; Vern. a. 884 c. 3. 10. l. l. p. 552. 553; l. Wisigoth. VII, 2. §. 15. 16; supra p. 66 not. 84; Hälschner *Das Preussische Strafrecht III.* (1868) p. 401. Ceterum cum Siegel *Gesch. des Deutschen Gerichtsverfahrens I.* p. 123. 80 sqq. exponeret, *dann hat der Verletzte, um sicher zu seinem Rechte zu kommen, die Befugniss, den Verbrecher ohne Weiteres zu tödten*, eum errasse falsamque legibus causam subiecisse, comprobatum esse censeam a Sohm *Der Process der lex Salica* (1867) p. 134 sqq.: *Sobald der Gegner dem ligare, und damit dem vor Gericht Bringen sich widersetzt, gewinnt der Verletzte das Recht zu unmittelbarer Execution. Der Rechtsfertigung dieser Handlung dient der Eid, welcher von diesem zu erbringen ist, dessen Wirkung also nach rückwärts, nicht nach vorwärts sich richtet. Von der Privatperson wird die öffentliche Strafe vollstreckt.* 76) De campo ceterisque Dei iudiciis Thuringica in lege laudatis conferenda sunt, quae infra ad cap. 55 et 56 annotavi. 77) Res ipsa docet, a legislatore omissa esse verba *homicida conprobet*, id est: si quis furem ligaturus antecepta poena, quia restitit, interfecerit, sua duodecima manu iuret, se istum manifesto in facinore deprehendisse itaque iuste occidisse; cfr. not. 75, leg. reg. Ine. c. 21: *gif mon þaes ofslaegenan were bidde, he môt gecýðan, þæt he hine for þeóf ofslóge,*

*nalles þaes ofslegenan gegildan ne his hláford; gif he hit þonne dierned and weorded ymb long yppe, þonne rýmed he þám deáðan to þám áðe,* 10 *þæt hine môtton his maegas unsyngian*, ibid. c. 35 Schmid *Gesetze der Angelsachsen* (ed. 2) p. 28. 30. 36, form. Sirm. XXX: *in sua orta contentione vel in sua movita atque per suas culpas ibidem interfectus fuit; absque ulla fraude vel contudio, et in* 15 *sua culpa secundum legem ipsum ferro battudo fecit et si hoc facere poterit, de ipsa morte quietus valeat residere* Walter *Corp. iur. German. III.* p. 390. 78) De pleno sacramento cfr. p. 108. 120 not. 7. 79) Capitula 40. 41 constituunt, ut plagiarius ei, 20 *ad quem ultio proximi et solutio leudis* (c. 31) hominis ab ipso venditi pertinuerit, i. e. proximo agnato eius weregeldum, atque fisco *si infra patriam vendiderit*, bannum minorem vel comitis, *si extra solum*, regium solvat. Qua de re quae sunt 25 aequales leges, praeter Ribuariam omnes eandem poenam propinquis pensandam statuunt, nihilo autem utrumque casum discernunt; cfr. l. Sax. 20: *si extra solum vendiderit, componat eum ac si occidisset* supra p. 59 c. not. 54, l. Fris. XXI: *si quis* 30 *hominem extra patriam vendiderit, componat eum ac si ab ipso fuisset interfectus*, Liutprand. leg. 48: *si quis liberum hominem foris provincia vindederit, componat wirigild eius, tamquam si eum occidisset*, l. Alam. Pact. III, 12, Hloth. XLVI: *si quis liberum* 35 *ex terminos vindiderit, . . . cum widrigildo eum parentibus solvat*, l. Baiuw. XVI, 5, l. Sal. XXXIX, 3. 4 ed. Merkel p. 67, l. Rib. XVI. 80) Patria = solum, cfr. supra p. 88 not. 18, cap. Sax. c. 10 supra p. 92, Waitz *Verfassungsgesch. IV.* p. 300, 40 Zöpfl *Deutsche Rechtsgeschichte* (ed. 3) p. 421. 81) De freda vocabulo v. Legg. III. p. 661 not. 41, de eius sensu supra p. 67 not. 92, Zöpfl *Rechtsgesch.* (ed. 3) p. 918 sqq. Fredum Thuringorum fuisse duodecim solidorum, ostendit praeter hunc 45 locum etiam capitulum 38, ut dubia cap. 37 verba omittere liceat (v. p. 131 not. 72). Neque parvi id existimandum esse censeo, quod tantidem istud fuit et in Saxonia (cfr. supra p. 87 not. 14) et in Frisia (cfr. v. Richthofen *Zur Lex Saxonum* p. 347) et in 50 Burgundia (cfr. Wilda *Strafrecht* p. 456) et in Baiuaria (cfr. Roth *Entstehung der Lex Baiuvariorum* p. 59), quindecim autem solidorum apud Francos (cfr. Wilda *Strafrecht* p. 468). Adde quod excepta Thuringica omnibus in aequalibus legibus 55 fredum atque minima mulcta (cfr. supra p. 121 not. 16) eandem summam complectebatur; quam ob rem fortasse coniiicere liceat, hanc quoque apud Thuringos ante conscriptam legem fuisse 12 solidorum ut apud populos iis affines; cfr. p. 109. 82) *Bannum regis* (c. 57) vel sexaginta solidorum ut solvatur, cum lex Thuringorum ter (c. 41. 43. 57 v. p. 115) statuat, itaque institutionem mere Francicam



42. Qui<sup>84</sup> liberum ligaverit<sup>85</sup>, 10 solidos<sup>a</sup> componat<sup>b</sup>, qui adalingum<sup>86</sup>, 30<sup>87</sup> solidos<sup>a</sup>; si<sup>88</sup> negat, cum 11<sup>89</sup> iuret, aut campo<sup>90</sup> decernat.

[IX.] De incendio<sup>91</sup>. 43. Qui domum alterius noctu incenderit, damnum triplo

a) sol. Corb.; solid. Her. b) componat Her.

5 (cfr. annotata ad c. 43. 57) commemoret, bis tamen (c. 41. 43) fredum vocabulum, quod apud Francos ubique solum minorem vel comitis bannum (v. not. 81) dicebat, usurpat. Qua in re quod tanto-  
 10 videtur, rem nuper in Thuringia publici iuris factam neque legem a Franco homine conscriptam esse; putare enim non possum cum v. Woringen Beiträge zur Geschichte des Deutschen Strafrechts p. 167, hic esse *eine Verwechslung*. 83) De miro con-  
 15 sensu ultimorum huius capituli verborum cum leg. Sax. cap. 20 atque leg. Ribuar. tit. XVI. disputatum est supra p. 59 not. 57. Weregeldum autem feminae Thuringicae quale fuerit, docent cap. 46—49. 84) Quid cap. 42 sentiat, liceat sic interpretari:  
 20 *si quis hominem liberum sine causa et contra leges ligaverit, 10 solidos componat, si adalingum, 30 solidos; sin contenderit, se istum in facinore furtim commisso comprehendisse itaque suo iure usum ligasse, malefactor autem vel eius propinqui culpam istius*  
 25 *negaverint, sua duodecima manu iuret, aut in campum exeant.* Quam maximam enim a Germanis contumeliam habitam esse ligaturam constat, cfr. gest. Franc. 18: *ab ipsis traditoribus comprehensus, ligatis a tergo manibus* (ut fur, v. Grimm Rechtsalter-  
 30 thümer p. 637. 638) *praesentatur. Cui dixit Chlodoveus: Cur humiliasti gentem nostram, ut te vinciri permitteres? nonne melius fuerit mori; . . . si tu solatium fratri tuo praebuisses, ille ligatus non fuisset* Bouquet Recueil des historiens de la France II. p. 555; quod  
 35 inde factum esse censeo, quia ligatus homo a quo-  
 vis in manifesto facinore comprehensus scelerator (cfr. p. 132 not. 75) putabatur. Cfr. l. Fris. XXII, 82: *qui libero homini manus iniecerit, et eum innocentem ligaverit, 15 solidos componat, et 12 sol. pro freda*  
 40 *ad partem regis* Legg. III. p. 681 c. not. 14; ed. Roth. 42: *Si quis hominem liberum legaverit absque iussionem regis* (form. in libro Papiensi adiecta addit: *aut sine causa, duas partis praetii ipsius tamquam si eum occidisset, ei componat cum expositione lib.*  
 45 Pap.: „*sine causa*“ *dixit ad differentiam illius qui captus erat in curte tempore noctis* Legg. IV. p. 20. 304; l. Burg. XXXII: *De eo, qui hominem inlicite et sine causa ligaverit: si quis hominem ingenuum innocentem ligaverit, et hoc ingenuus fecerit, inferat ei, quem*  
 50 *ligavit, solidos 12, et multae nomine sol. 12; si libertum . . . ei quem ligavit, sol. 6 et multae nomine sol. 6* Legg. III. p. 546; l. Sal. XXXII: *si quis hominem ingenuum sine causa ligaverit, . . . solidos 30 culpabilis iudicetur; l. Rib. XLI, 1: si quis ingenuus in-*  
 55 *genuum ligaverit et eius culpam cum 6 testibus in haraho non adprobaverit, 30 sol. culpabilis iud.; l. Cham. c. 17: qui hominem Francum sine culpa ligaverit, sol. 12 componat, et in fredo dominico sol. 3.*  
 85) Ligare licebat secundum leges antiquas Germa-  
 60 norum quemvis hominem furtive scelus in ipsum committentem illico comprehensum; sed ut omnis res clam possessa furtiva putabatur (cfr. Laband Die vermögensrechtlichen Klagen nach den Sächs.

Rechtsqu. d. Ma. p. 70—80, Sohm Process d. lex Sal. p. 60 sqq.), ita furi *si in fossa, qua domum alterius effodere conatur fuerit repertus i. e. manifesto exaequatum esse et adulterum et eum, qui domum alterius incendere volens facem manu tenet, ita ut ignis tectum vel parietem domus tangat, ostendit* l. Fris. V, 1; cfr. l. Baiuw. VIII, 1. Quamdiu autem scelera commissa manifestis aequo loco habita sint, discutit Sohm Process p. 64—75; cfr. lex Sal. XXXVII: *si quis bovem aut caballum vel quolibet animal per furtum perdiderit, et eum dum per vestigium sequitur fuerit consecutus usque in tres noctes.* 86) *adalingum]* cfr. p. 107, p. 120 not. 3, p. 47 not. 4. 87) Minimam mulctam libero homine laeso decem, adalingo triginta solidorum fuisse in Thuringia, exposui supra p. 121 not. 16. Fredum enim cum ibidem 12 solidorum neque hominibus varii status violatis diversum fuisse constet, nolim cum Sohm Process der lex Salica p. 137 conicere simillimo in loco legis Ribuar. XLI, 1 (v. not. 84) id intelligendum esse. 88) *Si negat, cum 11 iuret]* Si quis sola haec verba examinaret, coniceret fortasse ea sentire, *si negat, se eum ligavisse.* Sed Sohm Process p. 135 coarguit, ligaturam ut manitionem actionem fuisse extraordinariam privatamque: *Das Gerüft ausstossend* (v. l. Chamav. c. 38, decret. Tassil. IV, 3, form. Sirm. XXX) *ergreift ihn der Verletzte, fesselt ihn und bringt ihn unter Anwendung von Gewalt sofort vor Gericht. Ist nicht gerade Gerichtstag, so versammelt sich jetzt die Gemeinde zum Richten über die handhafte That.* Quae cum ita sint, nusquam potuit litigari, ligatus sit ille necne, atque apparet thema probandi id fuisse, quod supra not. 84 laudavi. Neque accedere possum emendationi: *cum 5 iuret*, quam proposuerunt Gaupp Gesetz der Thüringer p. 362, Davoud-Oghlou Histoire de la législation II. p. 203, Gengler Grundriss d. Deutsch. Rechtsgesch. p. 170. Cfr. pact. pro tenore pacis Childeberti et Chlotharii c. 2: *si quis ingenuam personam pro furto ligaverit, et negator extiterit, duodecim iuratores medios electos dare debet, quod furtum quod obicit verum sit* Legg. I. p. 7 = Merkel Lex Sal. p. 44; leg. Aethelstan. II, 11: *Onð we cwædon, se þe scyldunga baede aet ofslagenum þe ofse, þæt he eode þreora sum tō, twegen on faederan maegas, and þrida on mēdren, and þone ađ sylle, þæt hýon heora maege nāne þýfde nyston, þæt he his feores wyrde nāere for þām gilte; and hý gān siddan XII sume and gescyldigen hine, swā hit ær gecweden waes.* Schmid Gesetze d. Angelsachsen (ed. 2) p. 138. 89) De pleno sacramento cfr. p. 120 not. 7. 90) De campo quae insint Thuringicae legi regulae, collegi ad eius cap. 56. 91) Lepide scripsit Geib Lehrbuch des Deutschen Strafrechts I. p. 187. 222: *zwischen Brand und Mordbrand* (Nachtbrand Grimm Weisth. II. p. 22. 23. 41. 43. 44. III. p. 554. 892) *ist derselbe Unterschied wie zwischen Todtschlag und Mord* (mordtotum v. p. 58 not. 48, Geib l. l. p. 183); *dieser*



sarciat<sup>a</sup>, et in fredo<sup>92</sup> solidos<sup>b</sup> 60; aut<sup>93</sup>, si negat, cum undecim<sup>c</sup> iuret, aut campo decernat.

44. [VIII, 9.] In omni re furtu<sup>d</sup> 94 ablata, si is, cui res componenda<sup>e</sup> est, dixerit capitale<sup>95</sup> peius esse, quam quod ablatum est, iuret de<sup>f</sup> debito<sup>g</sup> 96 solus<sup>97</sup>, peius non esse, quod offert, illo, quod abstulit, et ita solvat secundum legem<sup>98</sup>.

45. [X.]<sup>h</sup> Servus a domino per manumissionem<sup>99</sup> libertate donatus<sup>100</sup> si occisus fuerit,

a) sarciat Corb. b) solid. Corb.; sol. Her. c) XI Corb. d) furto Her. e) componenda Corb. f) de deest Her. g) debita corr. debito Corb. h) De Liberto occiso. Tit. X. addit Her.

wird nach Art eines Mordes (mörtlich) d. h. heimlich (hellich) verübt, jener öffentlich, idque multis exemplis demonstravit, e. gr. iure municip. Ratisbon.: *wer umb prannt gevangen ist, den er hellich getan hat, das mortlprantt haisset*, spec. Suv. 174: *swer tages oder nahtes heimlichen brennet, er lougene oder nicht, das heizzet mortbrant*. Itaque capitulum 43 non de incendio palam peracto, sed de clandestino tantum verba facit edicendo, ut incendiarius damnum a se datum domus possessori triplo sarciat et fisco 60 solidos solvat, quod secum discrepare falso annotat Usinger Forsch. zur l. Saxonum p. 49. Ceterae aequales leges etsi Thuringicae simillimae sunt, varias tamen multas ei addicunt, cui damnum illatum est, cfr. leg. Fris. VII, 1: *de brand: si quis domum alterius incenderit, ipsam domum et quicquid in ea concrematum est in duplo componat*; leg. Upstallbom. 3: *incendiarii nocturni concrementur, diurni incendiarii vero damnum taxatione praemissa in septuplum recompensent* v. Richthofen Friesische Rechtsquellen p. 103; l. Baiuw. X, 1: *omnia aedificia componat et, quicquid ibi arserit, restituat*; l. Rib. XVII: *si quis hominem per noctem incenderit, 600 solidis culpabilis iudicetur, et insuper damnum et delaturam restituat*; Wilda Strafrecht p. 943; v. Richthofen Zur Lex Sax. p. 305—311; supra p. 68 not. 98. 92) Fredi vocabulum loco banni usurpatum esse, annotavi p. 133 not. 82, quem incendio commisso solvendum esse, generaliter iussit Karolus Magnus cap. Sax. a. 797 c. 2: *nec incendium infra patriam quis facere audeat praesumptive, ... 60 solidos componant*, cap. ad leg. Baiuar. add. a. 803 c. 2: *ut incendia infra patria nemo facere praesumat; et qui hoc commiserit, 60 solidos in bannum nostrum componat* Legg. I. p. 126, III. p. 248, doc. incerti anni: *qui incendium facit infra patriam, hoc est qui incendit alterius casam aut scuriam, ... dominus noster vult quod exeant sol. 60* Legg. I. p. 35. Cfr. supra p. 115. 93) De iureiurando pleno cfr. p. 120 not. 7, de campo infra ad cap. 56 annotata. 94) Suo iure legislator totius seriei capitulorum, quae sunt de furto, ultimum hoc capitulum esse voluit, qua re parum intellecta Heroldus eorum ordinem perturbavit. Furti enim notio antiqua Germanica et ab hodierna et a Romana valde distabat, ut omnia scelera aut furtim aut vi peracta haberentur atque e. gr. mordhtotum incendiumque nocturnum (v. not. 91) inter furtiva facinora computarentur; cfr. Wilda Strafrecht p. 859. 862, Geib Deutsch. Strafrecht I. p. 183. 186. 222 sqq., l. Baiuw. XIX, 2: *Si quis liberum occiderit furtivo modo*, cap. de part. Sax. 3: *si quis (ex ecclesia) per vim vel furtu aliquid abstulerit*, l. Wisigoth. VII, 6, 3. 4, l. Fris. Add. VII: *de rebus fugitivis: si servus fugiens do-*

minum suum ab alio fuerit receptum, et quaerenti domino negatum, ... pro furto ... componat, etc. 10 Similiter nostrates etiam hodie dicunt: Funddiebstahl. 95) Capitalis verbum, etsi res omnium fuit Germanorum, solis in Francorum legibus iisque, quae istis auctoribus conscriptae sunt, invenias; cfr. l. Sal. XXV, 3: *dominus servi capitale domino ancillae in locum restituat*, LXI, 1: *rem in capitale reddat*, Childeb. II. decret. a. 596 c. 12. 11: *si furtum factum fuerit, capitale de praesente centena restituat* Legg. I. p. 10, Chlothach. II. decr. c. 4: *capitalem dominus restituat* l. l. p. 12, ibid. c. 8: 20 *capitale vel dilatura si fuerit, de facultate latronis, ei, qui furtum pertulit, sarciatur* l. l. p. 12. 13; *excepto dilatura et capitale = foruzzan haubitgeld indi þirdriun*, v. p. 130 not. 71; l. Alam. Kar. III, 2: *alium servum in capitale restituat aut pretium sicut 25 compositio servi fuerit*, V, 1: *si per furtum hoc fecerit, ipsas res in capitale restituat et sicut ipsae res valuerint hoc novimpliciter componat*, VIII: *si quis servum alienum occiderit, solidos 12 in capitale restituat aut cum alio servo ... et 3 solidos in alio 30 pretio superponat* Legg. III. p. 129. 131. 133. Dubium esse non potest, quin recte dixerit Eichhorn Rechtsgesch. I. (ed. 5) p. 380: *Zur Busse kam bei Beschädigungen körperlicher, einer Schätzung fähiger Sachen noch die Erstattung des Schadens selbst 35 (capitale)*, cfr. Grimm Rechtsalterthümer p. 383, v. Woringen Beiträge zur Gesch. d. Deutsch. Strafrechts p. 71—74, Wilda Strafrecht p. 321, Waitz Recht der Sal. Franken p. 197. 96) Gaupp Das Gesetz der Thüringer p. 363. 362, Gengler Grundriss p. 170, de Wal Lex Frisionum p. 55 male emendant: *iuret debitor*; vix enim fur dici potuit debitor; neque est causa, ob quam a textu memoriae tradito discedamus. 97) Quod Thuringica lex ubique 6 aut 12 homines una iurare, hoc solo 45 loco unum hominem iusiurandum edere iubet, eo evenisse videtur, quod alias probandi causa, hic in litem iuramentum exposcitur. Similiter l. Alam. LXX, 1: *Si quis alterius amissarium involaverit, ille cuius est, debet probare quod valet* Legg. III. p. 69. 50 98) *Secundum legem*] i. e. legitime; legum codicem raro in animo habuisse videntur scriptores, qui saepissime simili dicendi genere usi sint, cfr. supra p. 30, 46 not. 72, 47 not. 1, 87 not. 13, Steinhoff Das Königthum u. Kaiserthum Heinrich III. (1865) 55 p. 21 sqq. 99) Liceat dubitare, an consilio manumissionis vocabulum usurpatum sit, ut manumittendi illud genus significetur, de quo est lex Cham. 11: *qui per hantradam hominem ingenuum dimittere voluerit, in loco, qui dicitur sanctum, sua manu duodecima 60 ipsum ingenuum dimittere faciat*. 100) Equidem (cfr. p. 107 not. 6) negare nolim, litalem conditionem saepissime originem sumpsisse a servorum



80<sup>1</sup> solidis<sup>a</sup> componatur<sup>b</sup>, vel quicquid ei solvi debeat, medietas compositionis liberi hominis solvatur<sup>2</sup>.

[XI, 1—5.] De vi<sup>3</sup>. 46. Qui liberam feminam<sup>c</sup> rapuerit, reddat eam cum solidis<sup>d</sup> 200<sup>4</sup>, et quicquid cum ea tulerit<sup>e</sup>, restituat, addens ad unamquamque rem solidos<sup>f</sup> 10<sup>5</sup>.

5 47. Si<sup>6</sup> libera femina sine voluntate patris aut tutoris cuilibet nupserit<sup>7</sup>, perdat omnem

a) sol. Corb.; solid. Her.    b) cōp̄n Corb.; cōp. Her.    c) foeminam ubique Her.    d) solid. Corb., Her.    e) tulit Her.    f) sol. Corb.; solid. Her.

manumissione, quod comprobasse videtur Walter Deutsche Rechtsgesch. II. (ed. 2) p. 34; sed interdum litos libertis verbis directis oppositos invenias, e. gr. ed. Roth. 28: *si quis servum alienum aut ancillam seu haldium aut libertum* Legg. IV. p. 17, ut caveas eos in aequo ponere. Pro certo autem habeam, in Thuringia, cum lex conderetur, aut nullos fuisse litos aut certe eos in cap. 45 non intellegendos esse; alias enim lex talem in modum, qualem habemus, conscribi non potuit. 1) Cum vulnerato liberto dimidiam ubique compositionem, quam simili in loco ingenuis competiit, occiso autem weregeldum 80 solidorum solvi iussum sit, contendam, etsi cap. 2 alia constitutio inest, olim in Thuringia liberis hominibus weregeldum fuisse 160 solidorum, quod similiter docet cap. 49. Ceterum ubique fere libertis litisque dimidium ingenuorum hominum weregeldum addicebatur; cfr. l. Sax. 16; l. Fris. I, 4, 7, 10, XXII, 90. Add. III, 73; leg. Sal. XXXV, 4, LXXVIII; l. Rib. IX; supra p. 55 not. 32; Walter Deutsche Rechtsgesch. II. (ed. 2) p. 47; Waitz Verfassungsgesch. II. p. 158; Merkel Legg. III. p. 50 not. 33, p. 94 not. 8, p. 136 not. 33. Servis vero cum saepissime nullum esset weregeldum, vix audeam cum Naudet in Mémoires de l'Institut, académie des inscriptions VIII. p. 390 dicere: *c'étoient encore des serfs pour la plupart*. 2) Gaupp Gesetz der Thüringer p. 377: *in seiner Fassung hat der obige Titel (i. e. cap. 45) viel Aehnlichkeit mit l. Alam. XVII. (i. e. Hlothar. Legg. III. p. 50, vel Lantfr. XV. l. l. p. 94, vel Karol. XVII. l. l. p. 136; cfr. l. Baiuw. V. l. l. p. 295, add. V. c. 10 cod. Lindembrog. l. l. p. 466); Wilda Strafrecht p. 105: der neunte Titel des Thüringischen Gesetzes (i. e. c. 45) weist unverkennbar auf Alamannisches Recht; idem p. 420: ich möchte glauben, dass die Stelle etwa aus dem Alamannischen oder Baierischen Recht in das Thüringische gekommen sei*. Sed praeter eandem 80 solidorum mulctam, quam alias quoque invenimus, frustra aliquam requiro similitudinem, ut illorum coniecturae accedere non audeam; hic enim est leg. Alam. Karol. titulus XVII: *Liberi, qui ad ecclesiam dimissi sunt liberi vel per cartam libertatem acceperunt, si occidantur, 80 solidis solvantur ecclesiae vel filiis eius*. 3) De vi, id est de raptu seu violentia, corruptione virginum seu mulierum, quod vulgariter dicitur notnunfft dipl. a. 1265 Haltaus II, 1427. Romani enim cum id speciale scelus non duxissent, Germani eorum lingua usi nomen criminis vis usurparunt, eoque omnia scelera laudato in diplomate enumerata, quae inter se nondum distulerunt, complexi sunt, cfr. p. 63 not. 73. Ius autem ipsum huius capituli magnopere consonat cum Hludow. cap. legib. addend. a. 817 c. 9: *si quis sponsam alienam rapuerit, aut patri eius aut ei, qui legibus eius defensor esse debet, cum sua lege*

*eam reddat, et quicquid cum ea tulerit, semotim unamquamque rem secundum legem reddat; et si hoc defensor eius perpetrari consenserit, et ideo raptori nihil quaerere voluerit, comes singulariter de unaquaque re freda nostra ab eo exactare faciat; sponso vero* Legg. I. p. 211. 314, et cum statut. Wormat. a. 1024 c. 23: *si quis eorum domum alterius cum armata manu introierit et filiam eius vi rapuerit, cuncta vestimenta, quibus tunc induta fuerat, quando rapta est, singulariter in triplum patri eius vel mundiburdo restituat et per singulas vestimentorum partes bannum episcopo componat; postremum ipsam triplici sua satisfactione cum banno episcopi patri repraesentet* ed. Gengler p. 27. 4) Summa 200 solidorum pretium emptionis mulieris raptae, quod tantidem aestimabatur (c. 49), haberi non potest; ipsa enim reddi iubetur. Immo putem eam ut solidos 10 hoc ex capitulo ad unamquamque rem addendos mulctam fuisse publicam, fortasse ex raptoris weregeldo confectam. Quod colligendum esse ex similibus Frisicae legis constitutionibus pater meus Zur Lex Saxonum p. 299 comprobaturus est; cfr. l. Fris. IX, 8, 9: *si quis puellam virginem rapuerit et violatam dimiserit, componat ei weregildum eius, sive nobilis sive libera fuerit, ad satisfactionem, et ad partem regis similiter, tertium weregildum patri sive tutori puellae*, add. l. Fris. III<sup>a</sup>, 76: *si quis liber uxorem alterius contra legem tulerit, reddat eam et facinus ter 53 $\frac{1}{3}$  solidis componat, et pro freda ad partem regis weregildum suum, quamquam dubium habeo, an ultimo loco laudatum weregildum suum = weregildum raptae feminae sit*. Sed maiorem certe similitudinem Thuringica lex cum Saxonica quam cum Frisica eo prae se fert, quod weregeldum, de quo verba feci, patri tutorive non fisco solvi vult (v. reddat eam cum); cfr. l. Sax. c. 40: *300 solidos parentibus eius componat, c. 49: 300 solidos patri puellae* supra p. 70 c. not. 5, p. 74 c. not. 30. 5) De mulcta 10 solidorum dicenda annotavi ad cap. 53. 6) Canonicum ius commune sponsalia de futuro, etsi dissentientibus parentibus contracta essent, valere iussit; cfr. Schulte Kirchenrecht II. p. 285, Richter Kirchenrecht (ed. 6) p. 863. A quo antiquum ius Germanicum omnino discessit; sed ad tempus cum eo concinnum reddebatur; cfr. l. Alam. Hlothar. LIV, 1, 2: *si quis filiam alterius non sponsatam acciperit sibi ad uxorem, si pater eius eam requirit, reddat eam et cum 40 solidis (i. e. regio banno Alamannico) componat eam; si autem ipsa femina post illum virum mortua fuerit, antequam illius mundium apud patrem adquirat, solvat eam ad patrem eius 400 solidis; et si filios aut filias genuit ante mundium et omnes mortui fuerint, unicuique cum widrigildum suum componat ad illum patrem feminae*, ibid. LI, 1: *si quis liber uxorem alterius contra legem tulerit, reddat eam;*



substantiam<sup>8</sup>, quam habuit vel habere debuit<sup>9</sup>.

48. Qui<sup>10</sup> feminam nobilem virginem nondum parientem occiderit, 600 solidos<sup>a</sup> componat; si pariens erat<sup>b</sup>, ter<sup>11</sup> 600 solidos<sup>c</sup>; si iam parere desiit<sup>d</sup>, 600 solidos<sup>c</sup>. (49.) Qui liberam non parientem occiderit, bis<sup>12</sup> 80 et 6 solidos<sup>c</sup> et duos tremisses componat<sup>e</sup>; si

a) solid. Corb., Her. b) erit Her. c) solid. Corb., Her. d) desijt Her. e) componat Her.

5

Gregor. Tur. hist. IX, 33: *quia sine parentum consilio cum coniugio copulasti, non erit uxor tua*, l. Sax. c. 43: *offerat tutori precium emptionis eius, consentientibus ad hoc propinquis* supra p. 72 c. not. 15, l. Fris. IX, 11—13, l. Burg. Gundeb. Cl, Kraut Die Vormundschaft I. (1835) p. 290, Walter Deutsche Rechtsgeschichte II. (ed. 2) p. 123, Schröder Geschichte des ehelichen Güterrechts I. p. 7. 8. Eundem in modum atque Thuringica in lege res praescripta est in leg. Liutprand. 119: *si quis filiam suam aut sororem sponsare voluerit, habeat potestatem cui voluerit ...; et ille qui eam (sponsam) tollere praesumpserit, componat ...; puella vero ipsa qui suam voluntatem hoc facere praesumpserit, si aliqua ei portio ex parentum successionem devetur, amittat ipsam portionem suam et nuda et vacua de rebus parentum suorum vadat* Legg. IV. p. 157, l. Wisigoth. III, 2, 8, statut. Hall.: *welche Iungfraw sich vortrawete addir entfure mit eynem knechte ane orer frunde willen, der sal öres vaters guter' nymmer nyrkeyn pfenning volgen* Förstemann Neue Mittheilungen aus hist. antiquar. Forsch. I, 2 (1834) p. 78; v. Kraut l. l. p. 320, supra p. 115. 7) Paucissima cum ipsa lex de antiquissimo Thuringorum iure matrimoniali praescribat, liceat aliunde haustis argumentis demonstrare, simillimum id fuisse Saxonico Frisicoque. In epistola quidem, quam Herminafrido regi Thoringorum Theodoricus rex Ostrogothorum misit, neptem suam isti nuptum daturus scripsit: *indicamus, nos venientibus legatis vestris impretiabilis quidem rei sed more gentilium suscepisse pretia destinata, equos argenteo colore vestitos, quales decuit esse nuptiales; ... nihil maius persolvimus, quam quod vos tantae foeminae decori copulavimus* Cassiodor. op. ed. Garet (1679) I. p. 59. Neque minus respicienda est narratio Procopii de bell. Goth. IV, 20: *Ῥαδίγερι ὁ πατήρ (Ἐρμεγίσκλος, ὁσπερ τῶν Οὐάρων ἦρχεν) παρθένου κόρης ... ἐμνηστευσε γάμον ... χρήματα μεγάλα τῷ τῆς μνηστείας αὐτῆ δεδωκῶς λογῶ ... παρείσθω μὲν ὑμῖν τοῦ παιδὸς τοῦδε νησιῶτις μνηστὴ χρήματα πάντα ὅσα παρ' ἡμῶν κεκομισμένη τούτου δὴ ἔνεκα ἔτυχε, τῆς ὑβρεως ἀπενεγκαμένη μισθὸν, ἣ νόμος ἀνθρώπων ὁ κοινὸς βούλεται ... Ῥαδίγηρ Οὐάρων τὴν βασιλείαν παραλαβὼν ... τὸν γάμον αὐτίκα τῆ μνηστῆ ἀπέϊπε ... παρ' αὐτοῖς ξυντετυχηκότος ὀνόματος γάμου, μὴ ἐπιγενομένου τοῦ ἔργου, δοκεῖ πεπορνεῦσθαι γυνή* Procop. op. ed. Dindorf II. p. 560—565. Vide Schröder Ehel. Güterrecht I. p. 74. 8) Substantia hominis similiter omnia eius bona dicuntur e. gr. ed. Liutpr. 138: *perdat omnem substantiam suam* Legg. IV. p. 168; ed. Roth. 181: *sit contempta de patris vel matris substantia, quantum* l. l. p. 42; cap. in Theod. vill. a. 805. II. c. 7: *omnis substantia eorum auferatur ab eis* Legg. I. p. 133; ius cur. Limburg. a. 1035. Hansselmann Hohenlohe Landeshoheit II, 162. 9) Cfr. supra p. 126 c. 29 cum not. 43. 10) Dum mulier pariens est (c. 49) vel erat (c. 48),

regulare virorum eiusdem conditionis weregeldum, quod similiter occisa femina virgine nondum pariente (c. 48. 49) atque si iam parere desiit (c. 48. 49) solvendum erat, triplicari iubet lex Thuringorum. Qua cum constitutione conferas l. Sax. c. 15: *quicquid in feminam committitur, si virgo fuerit, dupliciter componatur, si iam enixa, simpliciter*; l. Rib. XII—XIV: *si quis feminam Ripuariam interfecerit, postquam parturire coeperit, usque ad quadragesimum annum, 600 sol. culpabilis iudicetur; si quis puellam Ripuariam interfecerit, 200 sol. culp. iud.; quod si puellam (non recte emendat Gaupp Gesetz der Thüringer p. 253: feminam) post quadragesimum annum interfecerit, 200 sol. culp. iud.*; l. Sal. XXIV, 6: *si quis femina ingenua post quod coeperit habere infantes occiderit, sol. 600 culpabilis iudicetur; post quod infantes non potuerit habere qui eam occiderit, sol. 200 culp. iud.* cum nov. 64. 65: *si quis puellam ingenuam, (nov. 295: infra annos) antequam infantes habere possit, occiderit, malb. hismala (smala = virgo v. Kern Glossen der lex Sal. p. 131), sol. 200 culp. iud.; si post media aetate hoc est postquam infantes non potest habere, sol. 200 culp. iud., nov. 274 ed. Merkel p. 13. 61. 82. 85. A quo antiquissimo iure ceterae leges discedentes omnibus mulieribus partim simplex partim multiplicatum virorum weregeldum addicunt, cfr. l. Fris. VI, 2, Add. V; l. Alam. Hloth. LXIX, 3, LXVIII, 2, XLIX, 2. Legg. III. p. 68. 111 61 c. not. 1; l. Baiuw. IV, 29 l. l. p. 294; ed. Roth. 201; v. supra p. 54 not. 30, Grimm Rechtsaltertümer p. 404, Gaupp Ges. d. Thüringer p. 252—254, 379—385, Wilda Strafrecht p. 420, Geib Deutsch. Strafrecht I. p. 178. Alia quidem eaque accuratissima praecepta insunt legi Wisigoth. VIII, 4, 16. Ceterum leges a me excerptae, cum Walter Deutsch. Rechtsgesch. (ed. 2) II. p. 106 recte contendisse, virginis vocabulum in lege Sax. etiam *die verheirathete Frau* comprehendere, vix credam, eo inter se distant, quod partim pariendi facultatem partim virginitatem augendi weregeldi causam ducunt, ut Thuringicum ius hac in re Francico similis fuerit quam Saxonico; cfr. Walter l. l. 11) Triplicandarum mulctarum, ut nobilium hominum weregeldum triplex ingenuorum fuisse omittam, mentionem lex Thur. c. 35. 37. 38. 43. 48. 49. 50 facit; cfr. p. 91 not. 39. 12) Gaupp Gesetz der Thüringer p. 379. 385. 255, Gengler Grundriss d. Deutsch. Rechtsgesch. p. 170 emendaturi sunt: *ter 60 et 6 solid. et duos tremisses*, quod Davoud—Oghlou Législation des anciens Germains II. p. 198 *ingénieuse* ducit, Wilda Strafrecht d. Germanen p. 420: *bis 60 et 6 solid. et duos tremisses*, H. Müller Der lex Salica Alter p. 109: *bis 50 sol. et duos tremisses*. Equidem nego, ullam esse causam textus corrigendi. Sed qui hoc concedunt, varium tamen in modum capitulum interpretantur; pater enim meus Zur Lex Saxonum p. 388 cum demonstret, occiso homine praeter weregeldum saepissime eius duodecimam partem tamquam prae-*



pariens est, 600 solidos<sup>a</sup>; si iam desiit<sup>b</sup>, 200 solidos<sup>13</sup> conponat<sup>c</sup>. Similiter de viduae<sup>14</sup> raptu vel interfectione iudicatum est.

[XI, 6.] 50. Qui<sup>15</sup> alterum infra septa propria<sup>16</sup> occiderit, in triplum<sup>17</sup> conponat, vel quicquid damni ibi commiserit, tripliciter emendet.

5 [XI, 7.] 51. Qui<sup>18</sup> nolens, sed casu quolibet<sup>d</sup> hominem vulneraverit<sup>e</sup>, vel occiderit, compositionem legitimam solvat.

a) solid. Corb., Her.

b) detsij Her.

c) conponat Her.

d) quodlibet Corb.

e) vulneravit Corb.

mium vel bute (v. p. 53 not. 28) solvendam fuisse, summae 180 solidorum autem partem duodecimam  
 10 esse  $13\frac{1}{2}$  solidos, proponit verbum *bis* etiam ad 6 sol. et 2 tremisses referendum esse; econtra dicit Grimm Rechtsalterthümer p. 405: *das „bis“ bezieht sich bloss auf 80, nicht auf die Zugabe von 6 $\frac{2}{3}$ .* Quam supremam sententiam rectam esse, demon-  
 15 strare mihi videntur, quae supra p. 123 not. 27 annotavi, ut censeam una cum weregeldo ex 80 ad 160 solidos aucto praemium istud nondum geminatum esse. Nihil enim dubito, quin Grimm l. l. paterque meus l. l. recte exposuerint, summam 160  
 20 solidorum prius generale fuisse weregeldum ingenuorum Thuringorum, v. supra p. 109, quam nudam c. 45, praemio adauctam c. 19. 49 arripimus. Solidus autem Thuringicus cum tribus tremissibus exaequandus esse videatur (cfr. p. 126 not. 26), 160 solidi  
 25 (maiores) sunt = 480 tremisses = 240 solidi minores, qui numerus positionibus weregeldorum Frisicis, Saxonis, Anglosaxonis, Alamannicis, Baiuvaricis item subfuit; cfr. Wilda Strafrecht p. 408—415. 421. 422. 430—438; v. Richtofen Zur Lex Saxonum p. 384—391; l. Sax. 14. 16: *qui nobilem occiderit, 1440 solidos conponat, et in premium 120 sol.; litus occisus 120 solidis conponatur;* l. Rib. XXXVI, 2. 4: *si quis Ripuarius advenam Burgundionem interfecerit, 160 sol. culpabilis iudicetur; si*  
 35 *quis Rip. advenam Alamannum seu Fresionem vel Baiuvarium aut Saxonem interfecerit, 160 sol. culp. iud.;* Legg. III. p. 650, supra p. 53 not. 27, IV. p. 679 s. v. *wergild*. Quorum populorum omnium leges aequae opponendae sunt Francicis, apud quos ingenui  
 40 weregeldum ubique fuit 200 solidorum; v. supra p. 119 not. 4, Wilda l. l. p. 416—420; atque hac attinet maxima pars legis Thuringicae. Quod mihi quidem demonstrare videtur, primo in Thuringia weregaldi loco tot solidos solutos esse, quot in  
 45 Saxonia ceterisque laudatis regionibus, postea rem ad Francorum auctoritatem commutatam esse, v. p. 109. Omnino vero intelligere non queo, qua ratione ductus contenderit Zöpfl Deutsch. Rechtsgesch. (ed. 3) I. p. 19. 47: *die lex Angl. et Werin.*  
 50 *ist eine eigenthümliche, locale abgekürzte Recension der Lex Salica; sie enthält eine Mischung aus Fränkischem und Friesischem Rechte.* 13) 200 solidos] i. e. ordinarium liberi Thuringi weregeldum, v. c. 2: *qui liberum occiderit, 200 solidos conponat.*  
 55 14) Omittitur constituere, cui mulctae propter viduae raptum vel interfectionem pensandae debeantur, id est quis fuerit viduarum legitimus tutor, quod nec cap. 55 nos docere videatur; nempe exceptionem hoc proclamaturum esse censeo; cfr. Spec. Saxon.  
 60 I. 23. 43: *svær de sone binnen iren jaren sin, ir eldeste evenburdige svert mach ... is der kindere vormunde; he is ok der wedewen vormunde bit dat se man nimt, of he ir evenburdich is ... Gat aver de*

*klage to kampe wart, so mut wol ir vormunde sin en iewelk ir evenbürdige svert mach, Kraut Vormundschaft I. p. 24. 30sq. 185.* 15) A crimine fractae pacis domesticae, de quo est hoc capitulum, discernenda est fortia = harizhut vel hemsekinge, cuius mentionem facit cap. 57. Solus enim introitus in domum alienam nolente eius domino secundum antiquissimas leges Germanorum iam solvenda pecunia puniebatur, quod olim longe maioris momenti fuit quam hodie, quia privatus domus ingressus privatimque inibi peragendum scrutinium rerum amotarum legitima litis forma habebatur; v. Sohm Process der Lex Salica p. 64 sqq., Siegel Gesch. d. Deutschen Gerichtsverfahrens I. p. 42 sqq. Itaque constituit l. Rib. XLVII, 3: *quod si ibidem (domi) violenter ingressus fuerit, 15 solidis multetur,* l. Alam. C: *si intus per forare intrat et de suo nihil invenit, 6 sol. conponat; et si in curte aliena ingressus fuerit, simili modo; si intus in curia, 12 sol. conponat* Legg. III. p. 81, l. Baiuw. XI: *si quis in curte alterius per vim contra legem intraverit, cum 3 solidis conponat; si autem in domum per violentiam intraverit, et ibi suum nihil invenerit, cum 6 sol. conp.; nemo enim ingrediatur alienum domum per violentiam, quia hoc scandalum nascitur* l. l. p. 310; Bruns Recht des Besitzes p. 297, Wilda Strafrecht p. 241 sqq. Qui factum est, ut ipse homo fidosus sua domo tutus fuerit, cfr. l. Sax. c. 27: *qui hominem propter faidam in propria domo occiderit, capite puniatur,* l. Fris. Add. I, 1: *homo fidosus pacem habeat in domo sua; qui hanc pacem effregerit et hominem occiderit, novies 30 solidos conponat,* v. supra p. 64 c. not. 75, v. Richtofen Zur Lex Saxon. p. 259 sqq. Itaque hoc loco omnia scelera triplici mulcta solvi iubentur, quibus domestica pax fracta sit, cfr. Kolderup-Rosenvinge Dänische Rechtsgesch. übersetzt von Homeyer p. 126, Geib Deutsch. Strafrecht I. p. 163, Osenbrüggen Der Hausfrieden p. 60—68. 16) *septa propria]* cfr. p. 129 not. 62, v. Richtofen Zur Lex Saxonum p. 197. 17) De triplicatione disputatum est p. 68 not. 97, p. 136 not. 11. 18) Generale huius capituli praeceptum, cuius usus multis variarum legum praeceptis inest, recte intellegere nequeas nisi adiecturus: *solam compositionem persolvat*, id est: quisquis deficiente dolo criminali ullaque culpa hominem vulneraverit vel occiderit, damnum a se datum conponat, sed neque fidosus umquam sit neque fredum bannumve eum pensare oporteat; cfr. ed. Roth. 387: *si quis hominem liberum, casum facientem, nolendo occiderit, conponat eum sicut adpretiatus fuerit, et faida non requiratur, eo quod nolendo fecit* Legg. IV. p. 90; v. Wilda Strafrecht p. 544 sqq., Geib Strafrecht II. p. 252, Hälschner Preuss. Strafrecht II. p. 154, supra p. 76—78 not. 37—48, infra ad cap. 52 annotata.



[XII.]<sup>a</sup> 52. Si<sup>19</sup> quadrupes damnum quodlibet fecerit, possessor pro qualitate damni vel compositionem solvat, vel sacramentum iuret.

[XIII.] 53. De<sup>20</sup> minoribus causis. Quicquid homo alteri fecerit, quod iniustum factum dicatur, 10 solidis componat, aut<sup>b</sup> cum quinque<sup>c</sup> iuret.

[XIV.]<sup>d</sup> 54. Libero<sup>21</sup> homini liceat hereditatem<sup>e</sup> 22 suam, cui voluerit, tradere.

a) Si quadrupes damnum fecerit. Tit. XII. Her. b) *aud corr.* aut *Corb.* c) V *Corb.* d) De Potestate testandi. Tit. XIII. Her. e) haereditatem Her.

19) Similiter constituit lex Sax. c. 57: *si animal quodlibet damnum cuilibet intulerit, ab eo, cuius esse constiterit, componatur excepta fida*; cfr. l. Fris. Add. III<sup>a</sup>, 68, l. Rib. XLVI, 1, ed. Roth. c. 326 (supra p. 77 excerpt.), ed. Roth. 325: *de quadrupedia, si in hominem aut in peculium damnum fecerit, ipse componat damnum, cuius fuerit peculius*, l. Alam. Pact. III, 18, l. Sal. XXXVI, l. Wisigoth. VIII, 4, 23. Quaeras, qua de re domino quadrupedis, si compositionem mulctamve ob damnum ab isto datum solvere nolit, *pro qualitate damni* i. e. aut sua sexta aut sua duodecima manu iusiurandum edendum sit. Equidem censeo, rem nos docere l. Rib. LXVI, 2: *si quis Ripuarius sacramento fidem fecerit, super quatuordecim noctes sibi septimus seu duodecimus vel septuagesimus secundus cum legitimo termino noctium studeat coniurare*, l. Rib. LXVII, 2, l. Alam. Hloth. XXXVI, 3: *in primo mallo spondeat sacramentales et fideiussores praebeat, sicut lex habet, et wadium suum donet ad misso comitis, ut in constituto die aut legitime iuret, aut, si culpaviles est, componat*. Ex mea igitur sententia Thuringicae legis auctor, probandi vel negandi causa quadrupedis dominum iurare, non iubet, sed assertorium iusiurandum exposcit, quo ille se certo quodam die debitam pecuniam soluturum esse confirmet; quod, si durante iudicio nulla pecunia reo praesto erat, fieri solebat. Siegel *Gesch. d. Deutsch. Gerichtsverfahrens* I. p. 181. 190. 219—224 et Sohm *Process der Lex Salica* p. 163 sqq., qui hac de materia disputent, tale iusiurandum *Urtheilerfüllungsgelöbniss* dicunt. Scilicet cum animalia, dum damnum dabant, illico pignerari solerent, probationi locus relinqui non potuit. 20) Minorum causarum verbo legislatorem hic technice usum esse, vix credam; illa enim differentia statuta esse solet secundum fredum bannumve solvendum; cfr. supra p. 40 not. 25, Wilda *Strafrecht* p. 269, Gengler *Grundriss der Deutsch. Rechtsgesch.* p. 70, Walter *Deutsche Rechtsgesch.* II. (ed. 2) p. 393—395. In Thuringia autem cum fredum esset duodecim, atque mulcta minima decem solidorum (v. supra p. 121 not. 16, p. 131 not. 72), hoc loco lex eam in animo habere videtur, quod primus perspexit Wilda l. l. p. 358. Neque est, cur cum Gaupp *Das Gesetz der Thüringer* p. 399 hanc constitutionem *etwas räthselhaft* habeamus; immo revera ea edicit, quod iste refellit: *das Thüringische Recht hat auch bei der geringsten Rechtsverletzung keine niedrigere Busse als 10 Schill. gekannt*. Quod falsum esse, capitulum 56 omnino non demonstrat; nequaquam enim constat, duos ibi commemoratos solidos fuisse iniuria aliqua homini illata solvendos; immo fuerunt aut rerum furtim ablatarum vel raptarum pretium aut aliam ob causam numeranda pecunia. Neque alias intellegere posses, qui factum sit, ut legatur: *aut cum 5 iuret*,

id est, *si quis negaverit, alteri se iniuriam fecisse, cum quinque consacramentalibus ipse sextus iuret, se vere loqui*; minor nempe hominum una iurantium numerus hac in lege nusquam commemoratur, v. supra p. 109, 120 not. 7, 11; cfr. statut. Salfeld. art. VI: *Wer den andern schuldiget umme dube odir nachtbrannt adir roub, daz vorrichtit her selbe sibende* Walch's *Vermischte Beiträge* I. (1771) p. 15; ius municipal. Leutenberg. 6: *Wer den anderen schuldiget umb dewb, rawp ader mortprant, das verrechtet er selb sibend* Michelsen *Rechtsdenkmale aus Thüringen* p. 176. Quae cum ita sint, consentire omnino non possum cum Merkel *Lex Saxonum* p. 21, Stobbe *Gesch. der Deutschen Rechtsquellen* I. p. 174, qui censeant, inscriptionem *de minoribus causis* ad omnia legis Thuringicae capitula subsequencia attingere; immo communi multorum virorum errore ductos, quem sola Heroldinae editionis natura produxisse mihi videtur, omnibus capitulis specialia quaedam verba praemissa habuisse censeo. 21) Capitulum 54 cum de iure hereditario edicere ideoque a multis aliis legibus aequalibus discedere plerique viri docti censerent, modo haec modo illa verba tamquam breviloquentiae causa praeterita adiicienda esse duxerunt. Sic contendit Griesinger-Danz *Handbuch des heut. Deutsch. Privatrechts* X. (1823) p. 180 istam regulam *nach einer schreienden Billigkeit und nach der Analogie* constringendam esse addendo: *si procreationem filiorum vel filiarum, vel nepotum et pronepotum non habuerit*; sed etsi concedendum esset, dicendi modum Thuringica in lege adeo rusticum esse, ut eius auctor contrariam sententiam eius, quam in animo habuisset, protulisset, adiicere oporteret: *si neque usque ad quintam generationem paterna neque ulla materna generatio isti fuerit* (v. c. 34); cfr. Luden *Gesch. des Teutschen Volkes* III. (1827) p. 384. Neque magis consentiam cum v. Sydow *Darstellung des Erbrechts nach den Grundsätzen des Sachsen-spiegels* (1828) p. 181: *es ist nothwendig, das Recht der Erben zu suppliren*, ex cuius opinione lex idem praeceptura fuisset, quod Spec. Saxonum I, 34, 1: *ane des richteres orlof mut en man sin egen wol vergeven in ervengelof, deste he's behalde ene halve hüve unde ene word, dar man enen wagen uppe wenden moge*, I, 52, 1: *ane erven gelof unde ane echt ding ne mut nieman sin egen noch sine lüde geven*. Similiter ut ultimum auxilium hominis consilii inopis repudiandum est, quod approbat Walter *Deutsche Rechtsgesch.* II. (ed. 2) §. 473: *Die Stelle ist, wie Merkel zeigt (?), offenbar ein Nachtrag*. Hasse proposuit Rhein. Museum für Jurisprudenz II. p. 175: *Ich zweifle nicht, dass hereditas ... hereditas terrae bedeutet, und sicher hat auch das testari in der Ueberschrift (at non est genuina) einen besonderen Sinn, ähnlich wie in l. Sax. c. 62 exheredem*



[XV.]<sup>a</sup> 55. Si mulier maritum veneficio<sup>b. 23</sup> dicatur occidisse, vel dolo malo ad occi-

a) De Veneficijs. Tit. XV. Her. b) ueneficio corr. ueneficio Corb.

facere. Wollte man aber diesen Text dem strengsten Wortsinne nach von einer unbedingten Ver-  
 5 äusserungsfreiheit verstehn, so würde er zu viel be-  
 weisen, und könnte nur diesem Volksstamm bei der  
 bekanntlich späten Verfertigung dieses Gesetzbuchs  
 aufgedrungenes Recht sein, was denn galt so viel es  
 eben gelten konnte (sed nemini interfuit odiosum tale  
 10 praeceptum edere). Allein es scheint mir in dem  
 Prädikat libero der Schlüssel zu liegen. Für den  
 Freien soll es keine politische Abhängigkeit geben  
 nach oben hinsichtlich der Veräusserung seines freien  
 Eigentums, kein König, kein Herzog oder Graf soll  
 15 ihn, wie ein Schutzherr den Hörigen daran hindern  
 können. So ist dies relativ zu nehmen, aber nicht  
 in Beziehung zur Familie; denn die Verkettung in  
 der Familie erschien nicht wie Unfreiheit oder fes-  
 selnde Abhängigkeit; Gerber Meditationes ad locum  
 20 Speculi Saxonici (Erlangen 1847) p. 8: verba ‚cui  
 voluerit‘ si coniungo cum verbis ‚libero homini‘, ma-  
 gnam speciem veritatis mihi habere videtur inter-  
 pretatio, quae locum significare docet iura libero-  
 rum, opposita oneribus servorum, qui res suas non  
 25 ‚cui volebant‘, sed tantum iis vendere poterant, qui  
 intra eosdem fines et pari conditione vivebant. Equi-  
 dem neutri accedere possum; ut enim omittam,  
 quod magni momenti aestimavit Sandhaas Germa-  
 nistische Abhandlungen (Giessen 1852) p. 169, con-  
 30 stitutionem, qualem Gerber hic promulgatam esse  
 proposuit, omnino esse supervacaneam, pro certo  
 habeo, iura servorum vel potius litorum eorumque,  
 quos Hörige dicunt, non legis conditae tempore sed  
 multo tandem postea talia fuisse, qualia iste finxit;  
 35 neque verisimilius est, ut Karolus Magnus legibus  
 interdixerit ne ipsi liceat prohibere, quin quisquam  
 suam terram alienet, quod Hassii ex opinione cre-  
 dendum esset. Summa vero difficultas, quam lau-  
 dati viri docti omnes repudiare non potuerunt, eo  
 40 consistere videtur, quod tota Germania heredum  
 futurorum iura liberae terrarum alienationi obsiste-  
 bant neque ulla earum emptio venditio vel inter  
 vivos vel mortis causa facta legitima habebatur,  
 nisi quae publico in mallo confirmata fuisset; cfr.  
 45 l. Sax. 62: nulli liceat traditionem hereditatis suae  
 facere praeter, ed. Roth. 168: nulli liceat sine cer-  
 tas culpas filium suum exhereditare, nec quod ei  
 per legem debetur, alii thingare, supra p. 79 not.  
 53—60 annotata. Quam regulam iuris (wer seelig  
 50 will sterben, schall laten vererben sin Allodi Gut ant  
 nächst gesippt Blut) etiam in Thuringia viguisse,  
 nonnullis exemplis comprobare liceat: Heden. dipl.  
 a. 704: ego Hedenus una cum coniuge mea Theo-  
 drada aliquid de rebus nostris ... Willibrordo epi-  
 55 scopo dare disposuimus ...; si quis vero ... de  
 heredibus aut proheredibus nostris ...  
 tibi de istis tam rebus aliquid quasi hereditario  
 iure auferre conaverit ... Ego Hedenus hanc do-  
 nationis cartam a me factam ... firmavi et sub-  
 60 scripsi cum Theodrada; ego Thuringus, filius He-  
 deni, donationem patris firmavi Diplom. ad  
 res Gallo-Francicas coll. a de Bréquigny edid.  
 Pardessus II, p. 263; dipl. Heden. a. 716: dono ...  
 Willibrordo ... Ego Hedenus donationem fieri volui et

subscripsi cum Theodrada coniuge mea. Ado nutricius  
 Hedeni et Tiringus filius Hedeni l. l. II. p. 308; dipl. a. 771:  
 si ego ipse aut aliquis de heredibus meis vel pro-  
 heredibus meis hanc donationem intrumpere vo-  
 luerit Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 21; dipl. a. 1313:  
 det consensu et bona voluntate Henrici filii nostri  
 Michelsen Rechtsdenkmale aus Thüringen p. 505,  
 dipl. a. 1323: de consensu dilectorum fratrum no-  
 strorum, ... heredum nostrorum et aliorum qui nobis  
 sperabuntur futuri heredes Gottern Kloster zu Eisen-  
 berg p. 49; statut. Salfeld. XXXVI. CXLIV, Walchs  
 vermischte Beiträge I. p. 23. 48, statut. Erphesfurt.  
 a. 1306 §. 18. l. l. p. 107 etc. Quamquam prius ius  
 commune paullatim eo infractum esse constat, quod  
 modo ecclesiis clerove nonnullos agros donare modo  
 aliquantam eorum partem vendere concedebatur;  
 cfr. l. Sax. l. l., l. Burg. Gundeb. I, 1: quia nihil  
 de praestita patribus donandi licentia vel munifi-  
 centia dominantium legibus fuerat constitutum, prae-  
 senti constitutione omnium uno voto et voluntate  
 decrevimus, ut patri etiam, antequam dividat, de com-  
 muni facultate et de labore suo cuilibet donare liceat,  
 absque terra sortis titulo adquisita Legg. III. p. 532,  
 l. Alam. Hloth. I, 1: si quis liber res suas vel  
 semet-ipsam ad ecclesiam tradere voluerit, nullus  
 habeat licentiam contradicere ei l. l. III. p. 45,  
 cap. l. Sal. add. a. 803 c. 6 l. l. I. p. 113, cap.  
 Aquisgr. a. 817 legib. add. c. 6: ut omnis homo  
 liber potestatem habeat ubicumque voluerit res suas  
 dare pro salute animae suae l. l. I. p. 211, libros  
 locosque supra p. 79. 80 laudatos. Nusquam tamen  
 terrarum abalienatio omnino libera reddita est, ut  
 longe terminos Biener (v. supra p. 115 not. 53)  
 transiisse dicam, qui avidorum clericorum consilia  
 secutum huius capituli constitutionem edidisse legis-  
 latorem proposuerit; adde quod paullo antea lau-  
 data exempla donationes ipsis ecclesiasticis homi-  
 nibus praestitas attingunt. Neque audeam, quam  
 interpretationem, etsi nondum proposita esse vide-  
 tur, praeterire nolim, conicere, capitulum 54 cum  
 hereditarii iuris regulis prioribus in capitulis pro-  
 latis legibusque aequalibus ita coniungendum esse,  
 ut sentiat: solo libero homini liceat hereditatem  
 suam cui voluerit et hereditate relinquere et vendere;  
 adalingo sit interdictum, itaque alodis nobilis (odal)  
 privilegium quoddam ponat. Cum ceteros enim  
 rem explanandi conatus, de quibus disserui, tum  
 hunc revinci censeo iis, quae Beseler Erbverträge I.  
 p. 48. 68 et Sandhaas l. l. afferunt, qui capituli 54  
 tenorem Germanicam in linguam translaturi: jeder  
 freie Mann darf über sein Gut frei verfügen con-  
 tendant, hunc dicendi modum esse möglichst kate-  
 gorisch, quamcumque autem adiectionem alicuius  
 conditionis restrictionisve esse eine unnatürliche  
 Supposition. Sed eodem iure dixit Gerber l. l. p. 8:  
 phrasis haec generalis (capituli 54) sufficere nequit  
 ad removenda tot et tam clara contrarii testimonia,  
 quibus demonstratur tota Germania liberam bono-  
 rum alienandorum facultatem eorum dominis de-  
 fuisse. Quae cum ita sint, liceat aliam quandam  
 traditionis vocabuli notionem in animum revocare,  
 ex qua ab alienatione diversum negotium inter



dendum prodidisse<sup>24</sup>, proximus mulieris<sup>25</sup> campo<sup>26</sup> eam innocentem efficiat; aut, si campionem non habuerit, ipsa<sup>27</sup> ad<sup>a</sup> novem<sup>b</sup> vomeres ignitos examinanda mittatur.

[XVI.]<sup>c</sup> 56.<sup>28</sup> A duobus solidis usque ad maximam compositionem in furto et vulneri-

a) loco verbi ad scribit Corb. ccc. l.

b) VIII Corb.

c) De Campo. Tit. XVI. Her.

vivos contractum significet, cfr. e. gr. cap. de exped. exerc. a. 811 c. 3: *quicumque proprium suum episcopo, abbati vel comiti aut iudici vel centenario dare noluerit, illum semper in hostem faciant ire, usque dum pauper factus, volens nolens, suum proprium tradat aut vendat; alii vero qui traditum habent, absque ullius inquietudine domi resideant* Legg. I. p. 168, dipl. a. 849: *colonos ... sive absque ullo proprietatis iure terram eorum tantum possidentes sint, seu proprię hereditatis agros Deo et sanctis eius traditos usufructuario, ut fieri moris est, in beneficio tenentes sint* Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 249. Ex mea igitur opinione ut his in locis aliisque ita in lege Thuringica tradendi voci nullus sensus inest nisi beneficiandi id est beneficiario iure offerendi; v. Waitz Verfassungsgesch. IV. p. 153: *Die geistlichen Stifter (aliique) geben einen grossen Theil ihrer Güter zum Niessbrauch, unter Umständen an Freie ... gegen eine geringe Leistung, die mehr nur die Bedeutung einer Anerkennung des Eigenthums hatte, dies namentlich, wenn das Gut durch Schenkung erhalten ward*, ibid. p. 151 — 305. Itaque priori iuri Thuringico novam quandam constitutionem proclamato hoc 54 capitulo additam esse censeo. 23) *veneficio*] Cfr. Chron. Goth. Legg. IV. p. 644. 645. Neque dubitem quin veneni scelus ut muliebre exempli gratia dictum sit. 24) *prodidisse*] Cfr. l. Fris. II, 1: *exposuerit* Legg. III. p. 658 c. not. 23; supra p. 43 not. 51. 25) Communis iuris Germanici regulam, ex qua virginis tutor proximus eius consanguineus ex parte gladii, uxoris maritus, viduae mariti defuncti proximus agnatus exstiterit, interdum exceptioni locum dedisse constat, praesertim cum aut ipse maritus aut eius familia ab ista femina laesus fuerit; cfr. Kraut Vormundschaft I, 40 sqq. 325, Rive Gesch. der Vormundschaft nach Deutschem Recht I, 271. 275 sq., Schröder Gesch. des ehel. Güterrechts I. p. 3. 141, Stobbe Beiträge zur Gesch. d. Deutsch. Rechts (1865) p. 18, Waitz Verfassungsgesch. I. (ed. 2) p. 414. 417, v. Martitz Ehel. Güterrecht p. 84, supra p. 72 not. 15; ed. Roth. 202. 203: *Si mulier in morte mariti sui consiliaverit per se aut per supposita persona, sit in potestatem mariti de ea facere quod voluerit; simul et de res ipsius mulieris. Nam si illa negaverit, liceat parentibus eam purificare, aut per sacramentum, aut per campionem, id est per pugna. Si mulier maritum suum occiderit, ipsa occidatur, et res eius, si filii non fuerint, parentes mariti habeant potestatem* Legg. IV. p. 50; leg. Grim. 6. 8. 7: *Si quis uxorem suam incriminaverit, ... quasi adulterassit aut in animam mariti sui tractassit, liceat illi mulieri per sacramentum parentum aut per pugnam se mundare* l. l. p. 94; leg. Liutprand. 130 l. l. p. 163; Greg. Tur. hist. Franc. V, 33: *mulier quaedam ruit in crimen, quasi quod relicto viro cum alio misceretur. Igitur parentes illius accesserunt ad patrem dicentes: „aut idoneam redde filiam tuam aut certe moriatur“ ...; „non“ inquit pater, „est verum verbum hoc;*

*... innocentem eam faciam sacramento“ ...* 5  
*Tunc inito placito ... elevatisque pater manibus super altarium iuravit filiam non esse culpabilem. E contrario vero periurasse eum alii a parte viri pronuntiant ...; mulier vero non post multis diebus, cum ad iudicium vocaretur, laqueo vitam finivit* 10  
Bouquet II. p. 252. Neque aliter, cum officiorum pugna oreretur, res diffiniri potuit; ad eundem enim pertinuit et ultio occisi viri et tutela viduae eius, cfr. supra p. 127 not. 49, p. 137 not. 14. 26) De campo campionibusque conferenda sunt ad cap. 57 annotata. 15  
27) Ad iudicium ferri candentis nusquam fere res deducebatur nisi personis ad arma inutilibus, servis scilicet feminisve, Dei iudicium subeundum erat. Cfr. Regino a. 887: *Richardis de virginitatis integritate gloriatur; idque se approbare Dei omnipotentis* 20  
*iudicio, si marito placeret, aut singulari certamine aut ignitorum vomerum fiducialiter adfirmat* Script. I. p. 597; Adalbert. v. Heinrici II. c. 21: *hoc dicto* (Chunegunda) *vomeres candentes nudo vestigio calcavit et sine adustionis molestia pertransiit* l. l. IV. 25  
p. 805; Helmold. I, 83: *criminibus pulsatos* (Slavos christianos redditos) *sacerdoti, ferro vel vomeribus examinandos* Script. XXI. p. 77; dipl. a. 1195: *secundo quesitum est, quo iure deberet probare, et sententiatum est: divino iudicio; tercio quesitum est,* 30  
*quo divino iudicio, et data est sententia: ferro candenti ius suum debet probare* Erhard Cod. dipl. Westfal. II. p. 238; capit. leg. Sal. add. a. 803 c. 5: *si negaverit, se illum occidisse, ad novem vomeres ignitos, iudicium Dei, examinandus accedat* Legg. I. 35  
p. 113; cap. a. 809 c. 25: *ut omnis homo iudicium Dei credat absque ulla dubitatione* l. l. p. 157; iur. XXIV terr. c. 23: *ac ief hi biseke, sa sikerie hine mit tuelef monnem anda withem, ieftha hi gunghe tha niughen heta skere* v. Richthofen Fries. Rechts- 40  
quellen p. 76; ibid. c. 10: *ille servus calcet candentia ferra* l. l. p. 58; Rogge Gerichtswesen der Germanen (1820) p. 210; Grimm Rechtsalterthümer p. 914 sqq.; Wilda in Ersch Allgemeine Encyclopädie (1833) s. v. *Ordalien*; Baudri in Dieringer 45  
Katholische Zeitschrift I. (1846) p. 194; Dahn Zur Gesch. d. Germ. Gottesurtheile (1857) p. 43. 33; Dove in Zeitschrift für Kirchenrecht IV. p. 9; Rockinger in Quellen zur Bair. u. Deutsch. Gesch. VII. p. 384. 28) Huius constitutionis vim negativam duco, ut 50  
antea nusquam rem ad duellum deducere vetitum fuerit; cfr. Saxo Gramm.: *de qualibet vero contraversia ferro decerni sanxit* (rex Frotho III), *speciosius viribus quam verbis confligendum existimans* ed. Müller et Velschow (1839) I. p. 230. Nolim 55  
autem cap. 65 edictum esse credere, ut ubique a duobus solidis inter campum et reliqua probandi genera vel reo vel accusatori ius eligendi fuerit; quo etiam magis errare contendo, qui reo ubique duellum fuisse censeant subeundum, quod mortis 60  
civilis tandem et furti repetiti eventum esse voluerunt cap. Aquisgr. a. 809 c. 1: *si aliquid in postmodum, postquam ei vita concessa est* (c. 2: *dicendo quod*



bus campus<sup>29</sup> iudicatur<sup>30</sup>.

[XI, 9.] 57. Qui<sup>31</sup> domum alterius collecta manu hostiliter<sup>a</sup> circumdederit, trium primorum, qui fuerint, unusquisque solidos 60<sup>32</sup> componat; et rei similiter; de ceteris<sup>b</sup>, qui eos secuti sunt, solidos 10 unusquisque: et in bannum regis<sup>33</sup> solidos 60.

5 [XI, 8.] 58. Si<sup>34</sup> servus liberam feminam<sup>c</sup> rapuerit, dominus compositionem<sup>d</sup> solvat, ac si occisa fuisset.

[XVII.]<sup>e</sup> 59. Omne<sup>35</sup> damnum, quod servus fecerit, dominus emendet.

a) ostiliter Corb. b) caeteris Her., Corb. c) foeminam Her. d) composicionem Corb. e) De Delictis seruorum. Tit. XVII. Her.

10 mortuus sit), cum iustitia acquirere potuerit, in sua libertate teneat et defendat secundum legem: in testimonio non suscipiatur, nec ...; si ad sacramentum aliquid ei iudicatum fuerit quod iurare debeat, si aliquis ipsum ad sacramentum ali-

15 quid admallaverit, ipse semper ad iudicium Dei examinandus accedat Legg. I. p. 155 et Burchard. stat. Wormat. c. 32: si quis ex familia furtum fecerit ...; et quod furatus, si 5 solidis appreciari potest, ... legem sibi innatam propter furtum per-

20 dat; et si ab aliquo de aliqua re inculpatus fuerit, non se expurget iuramento, sed aut duello aut bullienti aqua aut ferventi ferro. Cfr. Waitz Verfassungsgesch. I. (ed. 2) p. 417: das Urtheil enthielt, wie der Beweis geführt werden sollte, und ergab zu-

25 gleich, was einzutreten hatte, je nachdem er gelang oder nicht erbracht ward. 29) campus iudicatur] similiter c. 2: aut in campum exeat, c. 39: campo eum comprobet innocentem, c. 42. 43: aut campo decernat, c. 55: proximus campo eam innocentem

30 efficiat, aut si campionem non habuerit. Quae verba demonstrare videntur, in Thuringia homines litigantes ipsos inter se digladiatos esse; neque dubitem quin in leg. Fris. V. campionis vocabulo idem insit sensus. Ceterum de re ipsa cfr. dipl. Karol.

35 a. 775 Sickel Acta Karolin. II. p. 32, Wilda l. l. (v. supra not. 27), Baudri l. l. p. 275—316, Dahn l. l. p. 44, Unger Der gerichtl. Zweikampf (Gött. 1847) passim, Siegel Geschichte des Deutschen Gerichtsverfahrens I. p. 202 — 209. 124 — 131, Legg. III.

40 p. 663 not. 63, supra p. 120 not. 6. 30) Ad vocem iudicatur nescio an idem annotari liceat, quod p. 116 not. 60 attuli. 31) Capituli 57, quod Heroldus recte inscripsisset de contubernio (v. Zöpfl Deutsche Rechtsgeschichte ed. 3. p. 921),

45 verba rei similiter cum Rogge Gerichtswesen der Germanen (1820) p. 64, Gaupp Gesetz d. Thüringer p. 379, Gengler Grundriss der Deutschen Rechtsgeschichte p. 171, quamquam eadem in Heroldina editione et in codice Corbeiensi leguntur, emendat-

50 turi sint: regi similiter, taleque scripturae mendum e. gr. in codicibus cap. leg. Sal. add. a. 803 c. 6 inveniri Legg. I. p. 114 g) doceamur, pulchram quidem sed supervacaneam ideoque reprobendam coniecturam proposuisse videantur, cfr. Davoud-Oghlou

55 Législation des Germains II, 200. Immo saepissime tria genera hominum fortiae (v. supra p. 86 not. 9) vario modo obnoxiorum disiunguntur, quod aliis quoque criminibus collecta manu commissis fieri solebat; cfr. l. Rib. LXIV: si quis hominem in domo

60 propria cum hariraida interfecerit, auctor facti triplici wergildo multetur; et tres priores 90 solidis culpabiles iudicentur, et quanti ei sanguinem fuderint,

unusquisque wergildo eum componat; et quanticunque post auctorem sanguinis effusores vel post tres primores fuerint, unusquisque 15 sol. multetur et quicquid ibi talaverint, restituant, l. Rib. XXXIV, 1: si quis .. ingenuam .. rapuerit, 200 sol. noxius iudicetur; quod si tres ingenui cum ipso fuerint (= qui ei auxilium praebuerint), unusquisque eorum 60 sol. noxius iud.; et quanti super illos quatuor fuerint, unusquisque 15 sol. nox. iud.; l. Sal. XLIII: si foris casa . . . fuerit occisus, tres de eo contubernio qui adprobatu fuerint singulatim mortem illius coniacant; et tres si plures fuerint de eodem contubernio (nov. 126: quisquis illorum), sol. 30 solvant; et tres adhuc si fuerint de eo contubernio, sol. 15 (nov. 323: singuli eorum) solvant; l. Sal. XIII: si tres homines . . .; illi qui super tres fuerint, sol. 5 solvant; qui cum sagittas fuerint, 3 sol.; raptor; v. Wilda Strafrecht p. 612—635, Waitz Verfassungsgesch. I. (ed. 2) p. 463—469. Quam ob causam culpae reos dicere legem Thuringicam censeo eius socios adiutoresque principales. 32) Cave ne hos 60 solidos cum solvendo banno regio, de quo subsequenter sunt vocabula, confundas, a quo diversam eorum naturam etiam verba: solidos 10 (i. e. simplicem mulctam minimam) unusquisque componat ostendunt. — De ipso crimine heymsuche cfr. stat. Wormat. Burchard. c. 27, diplom. Hall. a. 1235 Laband Magdeburger Rechtsquellen p. 9, Wilda Strafrecht p. 952—959, Osenbrüggen Hausfrieden p. 61—70, v. Richthofen Zur Lex Saxon. p. 259—264, supra p. 86 not. 10. 33) Karolum Magnum regem inde ab anno 797 compluribus generalibus capitularibus edixisse, ut fortiae auctor bannum suum solveret, annotatum est supra p. 86 not. 10; cfr. v. Richthofen Zur Lex. Sax. p. 414, supra p. 116. 134 not. 92. — De regalis dignitatis titulo vide Sickel Acta Karolorum I. passim. 34) Generalis cap. 59 ratio huic quoque constitutioni subest; cfr. c. 46—49. 35) Thuringica lex cum hoc in capitulo et mera antiquissimi iuris Germanici principia professa sit neque litorum mentionem fecerit, liceat forsitan contendere legis conditae tempore nullos fuisse in Thuringia litos (v. p. 108), generale autem capitulare (v. Legg. IV. p. XLVII) in leg. Rib. a. 803 missum nondum publici iuris factum fuisse; hoc enim praescipit c. 5: iuxta qualitatem damni dominus pro ipso (servo) respondeat vel eum in compositione aut ad poenam petitoris offeret; si autem servus perpetrato facinore fugerit, ita ut a domino paenitus inveniri non possit, sacramento se dominus eius excusare studeat, quod nec suae voluntatis nec conscientia fuisset, quod servus eius tale facinus commisit Legg. I. p. 117, v. supra p. 76 not. 35.



[XVIII, 1. 2.]<sup>a</sup> 60. Qui<sup>36</sup> quadrupedia<sup>b</sup> alterius in sepem cuiuslibet seu fossam minaverit, ibique vel mortua fuerint, vel damnum aliquod pertulerint, is, qui ea minaverit<sup>c.37</sup>, damnum<sup>d</sup> emendet.

61. Si homo laqueum vel pedicam vel quodlibet machinamentum ad<sup>e</sup> capiendas feras in silva<sup>f</sup> posuerit, ibique pecus vel iumentum alterius captum vel mortuum fuerit, qui<sup>5</sup> machinamentum fecit, damnum<sup>d</sup> emendet.

a) De Animalii alieno laeso. Tit. XVIII. Her.    b) quadrupedia Her., Corb.    c) minavit Corb.    d) dampnum Corb.  
e) at Corb.    f) sylva Her.

36) Similiter praecipit lex Saxon c. 60: *qui in fossam vel sudem acutam suae vel alienae sepis pecus quodlibet agitaverit, ibique confixum vel cadens perierit, multam componat, eadem c. 58: si fossa vel laqueus ad feras capiendas praeparata damnum quodlibet fecerint, a quo parata sunt componatur supra p. 78 c. not. 48. 43. 44.* 37) De minandi voce scripsit Diez Etymolog. Wörterbuch der Romanischen Sprachen (ed. 2) I. p. 272: *Neben Lat. minari = drohen bestand ein unclassisches Actio minare = das Vieh antreiben durch Drohungen; cfr. Pauli Diae. excerpt. ex libr. Pomp. Festi: Ini-* gere, pecus agere, id est minare Corp. grammat. Lat. vet. ed. Lindemann II. p. 82, l. Rib. LXXXII, 2: 10 si quis peculium alienum in messe adprehensum ad parricum minare non permiserit, l. Rib. LXX, 5: si quis in sepem vel in quocunque libet periculo res alienas invitas minaverit, et ibidem interfectae vel debilitatae fuerint, similes restituat, rell. Neque est 15 cur cum Mederer's Beiträge zur Gesch. von Baiern V. p. 68. 211 et Merkel in Legg. IV. p. 317 not. 79 Germanica verba mennen, Menner hinc referamus. 38) Ad cap. 61 conferas legis Sax. c. 56 eaque, quae supra p. 77 not. 43 annotata sunt. 20